

LIBER TERTIUS DE QUINQUE ECCLESIAE PRÆCEPTIS.

DE TERTIO PRÆCEPTO, QUOD EST DE DECIMIS
SOLVENDIS.

DISSERTATIO PRIMA.



INTER quinque Ecclesiae præcepta decimarum solutionem, Ecclesiae ministris faciendam, recenseri, res compta est. Alii quinto, alio tertio loco debitum istud collocant. Hoc discrimen nullius momenti est: idcirco tunc que licet quem maluerit ordinem servare. Theologus moralis tractator paucis istius præcepti difficultates perstringunt. Quoniam, quae forum internum christiani populi spectant, pauca sunt; eas vero quae forum externum impiciunt, ad Canonistas remittunt. Nos media via de more incudemus. Fufius quidem quam Theologi soleant, præceptum istud explicabimus; non tamen omnes Canonistarum controversias sub examen inducemus.

CAPUT I.

Quid sint decimæ, & quenam earum origo. Quo iure tum in veteri, tum in novo fœdere præscriptæ sint. Hæreticorum errores recensentur, & rejiciuntur.

I. Decima est illa fructuum pars que quotannis Ecclesiae ministris persolvitur. Decima nuncupatur, quia est omnium bonorum mobilium, sive fructuum iure quæstorum pars decima. Olim Ecclesie, plebes, & altaria nuncupabantur: nam inquit Urbanus secundus in Synodo Nemaufensi: *Ecclesie, vel decima vulgari vocabulo apud nos altaria nuncupantur.* Christianus Lupus Tom. VI. edit. Ven. in schol. pag. 80. hæc addit: *Eisdem & plebes fuisse appellatas, audivimus supra a sancto Petro Damiano. Hinc & ipsarum Rectorum etiam hodie nuncupantur Plebani.* Plebs habet Ecclesiam, Ecclesia altare, altare decimam. In decimis duo consideranda

sunt: nimirum & fructus qui percipiuntur, qui certe quid temporale sunt; & ius eodem fructus percipiendi, quod in ministris Ecclesie quid spirituale est.

II. Decimarum origo quantumque legitur scriptam præcedit. Abraham siquidem ante scriptam per Moysen legem decimam partem bonorum que de quatuor vicibus Regibus reportaverat, Sacerdoti Melchisedech dedisse, Scriptura testatur Gen. XIV. *Et dedit ei decimas ex omnibus.* Iacob quoque, cum Mesopotamiam patris iulium uxorem diciturus peteret, decimam omnium bonorum de se daturum vovit, ut eundem propitium in votum arduo negotio demeretur. Gen. XXVII. *Votum vovit, dicens: Si fuerit Deus mecum,*

& cu-

*& custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reversusque fuerit profertur ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: curviorumque que dederit mihi, decimas offeram tibi. Quid plura? Ipsi Auctores ethnici scriptis prodidere, maiores suos decimam fructuum partem diis consecrare fuisse solitos. Plinius enim Lib. XIX. cap. XIV. inquit. *Thus collectum Sabotum camelis convolvitur, porta ad id una patente. Digerdi via capitales leges fecere. Ibi decimas Deo, quem vocant Sabim, mensura, non pondere, Sacerdotes capiunt, nec ante merari licet.... Sicut & que Sacerdotibus dantur portiones, scribiturque Regum carse.* Tullius Lib. III. de nat. deor. cap. XXVII. *Neque Herculi quinquam decimanam (seu decimam) coivit unquam, si sapiens factus esset: quantum Pythagoras, cum in geometria quiddam novi invenisset, musis bovem immolasse dicitur.* Plutarchus quoque narrat, Lucullum, Romani iuris peritum, maximis opibus donatum fuisse, quod decimas diis persolvendas volisset. Quæ omnia antiquam produunt decimarum originem. Ante legem scriptam tamen nullam extabat præceptum solvendi decimas. Quapropter tempore legis naturalis sancti Patriarchæ decimas solvabant, non alituo præcepto cogente, sed religionis virtute prævante.*

III. Porro, quantum nullam ante legem scriptam esset præceptum, quod decimas præscriberet; congruum tamen ministris Ecclesie, pro populo divitiu cultu vacantibus, sustentationem conferendam esse, lex ipsa naturalis omnibus semper præstat. Lex autem positiva seu scripta definiit, hæc alimentorum quantitatem decimam debere esse partem omnium mobilium bonorum. Levit. XXVII. *Omnes decimæ terre, sive de de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificavitur.... Omnium decimarum bovis, & capri, que sub pastoris virga transierint, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.* Ratio autem ob quam Deus Levitis decimas dandas præcepit, assignatur Lib. Num. cap. XXVIII. *Filiis autem Levitæ dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio qui serviant mihi in tabernaculo fœderis.*

IV. In veteri itaque testamento iure divini Sacerdotibus, & Levitis decimæ debebantur de omnibus fructibus terræ: quia re ipsa sic præcepti Deus in lege per Moysen populo data, ut ex relatis textibus planum est. Præceptum istud iudiciale fuit: ideo, mor-

tua lege mosaica per mortem Christi, cessavit. B. Thomas 2. 2. quæst. LXXXVII. art. 1. hæc de decimis quæstionem quatuor articulis versat; omnemque difficultatem summa perspicuitate resolvit. In decimis duo considerat: Primo Sacerdotum, seu ministrorum Ecclesie congruam sustentationem. Secundo determinationem istius sustentationis in decima parte. Ex quo inferit, præceptum de solvendis decimis partim fuisse iudiciale, & partim morale. Quatenus definebat, alimenta conferenda Sacerdotibus esse decimam partem, iudiciale fuit; quod omnino cessavit, promulgata Evangelii lege: prout vero præcipiebatur, a populo alendis esse ministris Ecclesie, morale fuit, quod etiamnum subsistit: Unde præceptum (inquit Angelicus) de solutione decimarum partium quidem erat morale, iudicium naturalis ratione, partem autem erat iudiciale ex divina institutione vobis habens.

V. Præceptum istud, prout morale est, seu prout iuber, ministris Dei, spiritualis populo impartientes, ab ipso populo sustentandos esse, in omni lege, sive naturali, sive mosaica, sive evangelica viguit: quia ab ipsa lege naturali descendit. Quod evincit D. Thomas ex Apostolo Paulo, qui 1. Corinth. IX. hæc scribit: *Quis militat stipendium unquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis plantat gregem, & de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovis trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare; & qui triviat in spe, qui arat, arare; & si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metavimus.... Nescitis quoniam qui in sacris operantur, que de sacris suis, edant, & qui altari deferunt, cum altari participant? Ita & Domini ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Ex hæc D. Pauli autoritate concludit D. Thomas loco laudato, ministris Ecclesie, qui populo spiritualia suppeditant, esse iustitia deberi alimenta ad corporis sustentationem; non secus, nec iure inferiori, ac laicis operariis, ministris, & militibus debeantur. Quod enim Republicæ legibus qui dromo cultui ministrabant ad salutem populi totius, populus necessaria cultus ministrat, ratio naturalis dicitur: sicut & his qui communi utilitati invigilant, scilicet Principibus, & militibus,*

tibus, & aliis huiusmodi, stipendia vicibus debentur a populo.

VI. Ex his colligitur, in novo fœdere iure naturali, & divino, quemadmodum in veteri, populum teneri subministrare suo Parochi, populum teneri subministrare suo Parochi, populum teneri subministrare suo Parochi corporis sustentationem. Quod vero pro hac sustentatione populus solvat decimam partem fructuum, seu honorum mobilium, est tantum ex iure ecclesiastico. Quoniam præceptum divinum, impositum Iudæis solvendi decimam partem omnium fructuum terræ, omnino cessavit in morte Christi, ut dictum est. Animadvertit tamen Angelicus, quod esse discrimen inter iudicialia, & ceremonialia præcepta veteris legis. Iudicialia, licet non obligent in lege gratiæ, possunt tamen observari abique peccato; immo ad eorum observantiam tenentur fideles, si auctoritas accedat Ecclesiæ. Et quia Ecclesiæ reipsa statuit alimenta, quæ populus ex iustitia dare ministris Ecclesiæ tenetur, debere esse decimam partem fructuum terræ; ideo dicitur, solutionem decimarum esse iuris ecclesiastici, non divini, in lege gratiæ. Ceremonialia vero præcepta nullo modo licita sunt. Est autem hæc differentia (inquit D. Thomas loco citato) inter ceremonialia, & iudicialia legis præcepta, quod ceremonialia illicitum est observare tempore legis novæ; iudicialia vero, est non abique peccato; tamen possunt observari abique peccato; & ad eorum observantiam aliqui obligantur, si statuantur auctoritate eorum quorum est condere legem: sicut præceptum iudiciale veteris legis est, quod qui fuerit evadit, reddat quatuor oves, ut legitur Exod. xxiii. quod si ab aliquo Rege statueretur, teneretur eius iudicium observare. Ita etiam determinatio decimæ partis solvendæ est auctoritate Ecclesiæ tempore novæ legis instituta secundum quamdam humanitatem, ut scilicet non minus populus novæ legis ministris novi testamenti exhiberet, quam populus veteris legis ministris veteris testamenti exhibebat; cum tamen populus novæ legis ad maiora obligetur secundum illud Matth. v. Nihil abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, non intrabit in regnum celorum; & cum ministri novi testamenti sint maioris dignitatis quam ministri veteris testamenti, ut probat Apostolus II. ad Corinth. ii. Sic ergo patet quod ad solutionem decimarum homines tenentur partim quidem ex iure naturali, partim etiam ex inspiratione Ecclesiæ.

VII. Quæ hucusque producta sunt, sufficient ad confutandam omnium hereticorum errores. Primus hæc de re error fuit Ioannis

Wicleffi, qui, teste Thoma Waldensi Lib. II. Doctr. fid. art. xiii. cap. lxiv. docebat, decimas, puras esse elemosynas, nullogue iure Sacerdotibus deberi. Errorem hunc secuti postea sunt Anabaptistæ, & Trinitarii. Addebant Wicleffus, eiusmodi decimas necque tantum elemosynas dandas esse Sacerdotibus malis. Hos Wicleffus errores damnavit Concilium Constantiense sess. viii. art. 16. his verbis. Decime sunt pure elemosyna, & possunt parochiani propter peccata suorum Prælatorum ad libitum suum eas auferre. Hæc etiam una ex propositionibus ipsius Wicleffi, quam merito damnavit laudatum Concilium, tamquam verbo Dei, & iuri naturali contrariam. Utroque enim iure decimas, quatenus congruam ministrorum Ecclesiæ sustentationem significant, eisdem ministris deberi, satis superque demonstratum est. Quod vero debeantur sæpiam ministris peccatoribus, patet ex illo Matth. xxiii. Reddite quæ sunt Cæsaribus, Cæsaribus, & quæ sunt Deo, Deo. Tempore quo Christus præceptum illud imposuit, non modo Cæsar, sed & Sacerdotes, & ministri Ecclesiæ improbi ac scelesti erant. Decimæ siquidem, non ratione sanctitatis, neque ratione Sacerdotii absolute, sed ratione ministerii spiritualis debentur ministris Ecclesiæ, quemadmodum ceteris occeratis debentur stipendia. Ex quo consultato remanet error aliter illorum, qui Fraticelli, & Pseudoepiscopii nuncupabantur, quique, ut refert Ioannes de Turrecremata Lib. IV. Summ. part. II. cap. xxxvii. docebant, ministros Ecclesiæ, qui more Apostolorum in paupertate non vivunt, decimas percipere non posse. Et dictis, inquam, convulsus remanet error iste: quoniam labor in populi utilitatem, sive a paupere fiat, sive a divite, dignus est mercede sua.

CAPUT II.

Varia decimarum genera. Quo tempore consuetudo solvendi decimas in Ecclesiæ catholica obtinuerit.

I. Decimæ communiter tribuuntur in prædialibus seu reales, personales, & mixtas. Decimæ prædiales seu reales sunt, quæ solvantur de fructibus prædiorum, agrorum, vinearum, pratorum, hortorum, arborum, domorum locatarum, & silvarum. Prædia sunt duplicis quodammodo gene-

generis. Alia communia, quæ semper fuerunt culta. Alia quæ vocantur novallia, & sunt ea de quibus memoria non extat quod antea culta fuerint. Quæ per culturam sunt novallia, semper talia remanent. Personales decimæ sunt quæ solvantur ex bonis propria industria, & labore, puta militia, negotiatione, scientia, officio, & quavis alia arte acquiritis. Mixtæ nuncupantur illæ decimæ quæ partim reales sunt, & partim personales; quatenus partim nature, partim hominum industriae parvas sunt; ut sunt quæ solvantur ex caseo, butyro, melle, & animalium venis. Sed hoc tertium decimarum genus, ut superfluum multi reiciunt, illudque reducunt ad primum genus decimarum prædialium. Et hoc quidem merito: quia etiam fructus prædiales non modo a natura, sed etiam ab hominum industria pendunt; nec tamen decimæ quæ ex eiusmodi fructibus solvantur, mixtæ appellantur. Frustra ergo tertium genus additur decimarum ob hoc quod fructus ex quibus solvantur, tum a natura, tum ab industria hominum pendant. Sed hæc levia sunt. Decimæ prædiales subdividuntur in maiores, & minores, seu minutas. Maiores illæ appellantur quæ de frumento, vino, & oleo solvantur. Minores, seu minutæ sunt quæ de fetibus animalium, ut de vitulis, agnis, fuculis, pullis, lana, caseo, butyro, leguminibus, & hororum fructibus offeruntur. Tandem alia sunt decimæ ecclesiasticæ, quas ministros Ecclesiæ pro eorum congrua sustentatione populus solvit; alia sunt laicales, quæ licet ratione institutionis sint ecclesiasticæ, ex concessione tamen Ecclesiæ a laicis percipiuntur. In antiquo testamento quatuor erant decimæ quæ solvebantur. Primæ decimæ erant quas ex omnibus fructibus terre, gregum, & armentorum laici Levitis offeriebant. Secundæ quas Levitæ ex suis decimis, a populo perceptis, dabant summo Pontifici, & aliis Sacerdotibus, decimam scilicet earum partem. Tertiæ decimæ erant quas laici ipsi separabant, ut eas tribuerent tempore quo ter in annum ibant in templum. Quartæ tandem erant quas quisque lingulis triennis separabat, & apud se retinebat, ut in elemosynas pauperibus, viduis, & pupillis erogaret. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra annus tuas Peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt, comedent, & satiabuntur. Deuter. xxi. In veteri lege præceptum divinum

Conc. Theol. Tom. V.

obstringebat Iudæos ad solvendas decimas iustummodo prædiales, seu reales, secus personales. Rationem assignat D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 1. cur teneantur fideles in lege gratiæ solvere de fructibus personalibus decimas Sacerdotibus; cum in veteri testamento nulla de his bonis, sola industria acquiritis, fuerit obligatio. Specialis ratio fuit, quare in veteri lege non fuit datum præceptum de personalibus decimis, secundum conditionem populi illius, quia scilicet omnes alii Tribus certas possessiones habebant, de quibus poterant sufficienter providere Levitis, qui carebant possessionibus; non autem imitabantur eis quin de aliis operibus honestis lucrarentur, sicut & alii Iudæi. Sed populus novæ legis est ubique pro mundum diffusus; quorum plurimi possessiones non habent, sed de aliquibus negotiis vivunt; qui nihil conferrent ad subsidium ministrum Dei, si de eorum negotiis decimas non solverent. Ministris etiam novæ legis arctius interdicitur ne se ingerant negotiis Leviticis, secundum illud II. ad Thimoth. ii. Nemo militans Deo implicet se secularibus negotiis. Et ideo in novæ lege tenentur homines ad decimas personales secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum.

II. Quo præcise tempore in Ecclesiæ christiana consuetudo solvendi decimas obtinuerit, res dubia est, & obtura. Id comperitur videtur, tribus primis sæculis, servientem Imperatorum ethnicorum furor in Christianis, ab iis decimas solutas non fuisse. Nec Ecclesiæ ministri certos tum proventus habebant; sed ex quotidiana spe qualem decimarum mentionem fecit, est D. Cyprianus episc. lxxvi. ubi hortatur Sacerdotes, ut constantes sint in divinis ministeriis: quia sicuti in veteri lege decimæ sacerdotibus solvebantur, ita nunc plurimum fratrum caritate sportula offeruntur. Qui in Ecclesiæ Domini ordinatione clericis proventur, in nullo ab administratione divina accedunt, nec molestis, & negotiis secularibus alligantur; sed in honore sportularum fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altaribus, & sacrificiis non recedant, sed de die ad nocte celestibus cypris, & spiritualibus servant. Ex hoc Cyprianus textu exploratum est, solutionem decimarum non fuisse tunc lege sancitam; sed quicquid fidei ad libitum Dei ministris subdita continebatur. Deserente perfectionis furor, sæculo quarto, & sequentibus Patres in suis

luis concionibus populum crebrius hortabantur ad dandas decimas ministris Ecclesie; eoque populi Iudaici exemplo excitabant. D. Hieronymus in cap. 11. Malach. hæc scribit. *Quod de decimis, primitivisque diximus, quis olim dabatur a populo Sacerdotibus, & Levitis, in Ecclesia quoque populi intelligitur; quibus præceptum est, non solum decimas dare, & primitias, sed & vendere omnia que habent, & dare pauperibus, & sequi Dominum Salvatorem. Quod si facere nolumus, saltem Iudæorum imitetur exordia, ut pauperibus partem deus ex toto, & Sacerdotibus, ac Levitis honorem debitum deferamus.* Exemplo quoque Iudæorum utebatur D. Iohannes Chrysolomus, ut populum suum induceret ad offerendas decimas, quibus viduæ, & orphanæ, ac Sacerdotes sustentarentur. Hæc enim habet hom. v. in Epistolâ ad Ephes. *Quid Iudæi non faciunt? Decimas, & rationem decimas præbent orphanis, viduis, & presbyteris. Sed mihi quidam de quopiam dicebat: Hic, aut ille dat decimas. Quantum plerumque hoc probro, & dedecore, si quod apud Iudæos non habebatur in admiratione, hoc apud Christianos factum est admirabile? Si tunc erat periculum decimas non relinquere, cogita quantum nunc sit.*

III. Christianus Lupus Tom. V. edit. Venet. in scholis ad canonem v. Concilii Romani, sub Nicolao II. Summo Pontifice celebrati, ad relata verba Chrysolomi hæc subdit pag. 92. *Ex quo videt, decimas tunc fuisse duntaxat voluntarias. Eas quippe non uniusquique, sed hic duntaxat, aut ille dabat; etæque opus admiratione dignum. Nicolaus Rigaltius apud eundem Lupum, relato Cypriani textu, quem supra extrixi, hæc docet. Decime quidem iure mofaico debebantur, minime autem iure christiano. Itaque ab Apostolis usque ad Cypriani tempora nulla fuit inter Christianos subsistat mentio decimarum. Usitate antiquitatis spontaneæ. Rostæ vero, evalescente sportularum honore, intrare in Ecclesiam decime, religione obtinuit, ac primo quidem spontanea liberalitate, quasi sportulis hæud sufficientibus, oblate; mox autem & crudeliter exactæ.*

IV. Primis itaque tribus Ecclesie sæculis Clerum, & pauperes ex obligationibus, quæ aliquam decimarum imaginem præferbant, vixisse colligitur. Et licet tunc præcepto non urgerentur fideles ad decimas solvendas, non propterea tamen minus liberales erant in eandem collatione. Quin, quo magis liberi a servitute legis, tanto abundantiores obligationes offerebant, ut testatur sanctus Ire-

neus Lib. IV. cap. xxxiv. *Nihil aiosum, nec sine sermo, & sine argumento apud eum. Et propter hoc illi quidem decimas suorum habebant consecratas: qui autem perciperent libertatem, omnia que sunt ipsorum, ad dominicos decemum usus, hilariter, & libere dantes ea, non que sunt minoræ, utpote maiorem spem habentes. Non enim oblationum reprobatum est: oblationes enim & illæ, oblationes autem & hic; sacrificia & in Ecclesia: sed species immutata est tantum: quippe cum iam non a servis, sed a liberis obstratur.*

V. Cum primus Romani Imperii clavum tenuit piissimus Constantinus, primus ex Imperatoribus Romanis Christianus, iam tunc tranquillitas afflavit Ecclesie. Pacem & tranquillitatem consecrate sunt opes. Heinc Episcopi in suis ad populum concionibus, atque in Synodis crebrius hortabantur fideles, ut decimas, non amplius tamquam gratuitas elemosinas, sed tamquam stipendia iure debita, penderent. His Episcoporum, Patrumque adhortationibus permoti populi religioni sibi vertere coeperunt; si decimas solvete omitterent. Hac via sensim, consuetudo voluntaria solvendi decimas rationem legis obligantis obtinuit. Nam sæculo quinto non modo Episcopi hortabantur, verum etiam penarum levitate cogebant fideles ad pendendas decimas. Id liquidem constat ex codice Iulianini, in quo lex condita fuit adversus Episcopos illos qui nimia severitate precebat populos, Ecclesias decimarum solutione defraudantes. Siquidem in l. 30. §. 1. cod. de Episcopis, & Clericis, hæc præscribuntur: *Non oportet Episcopos aut Clericos cogere quosdam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare; quamvis usus ita obtinuerit. Transgressor cadit ad Ecclesia, & administratione ipsius, & dat decem libras.* Hæc lege minime vetita fuit decimarum petitio; sed tantum coercita immoderata, & severior exactio.

VI. Sæculo sexto in Concilio Maticonensi II. canone v. declaratum fuit, fideles qui decimas persolvere recusarent, pervericaciter esse divine legis, & ab Ecclesia separandos esse. *Leges divina, consulentes Sacerdotibus, ac Ministris Ecclesiarum, pro decimis fructuum suorum sacris locis præstare, ut nullo labore impediti, horis legitimis spiritualibus possint vacare ministris. Quas leges Christianorum*

congeries longis temporibus custodivit intemerata. Nunc autem paulatim prævaricatores legum pene Christiani omnes ostenduntur, dum omnes que divinitus sancta sunt, adimplere negligunt. Unde statimus, ac decernimus ut ecclesiasticis familiaribus canonibus populis obnoxios inferat; quas Sacerdotes aut in pauperum usum, aut in captivorum redemptionem prærogatas, suis orationibus pacem populo, ac saltem imparet. Si quis autem contumax nostris statuti saluberrimis fuerit, a membris Ecclesie omni tempore separetur. Ex hoc tamen Concilio, quod generale non fuit, concludi nequit, universale tunc fuisse præceptum de decimis solvendis; sed pro regionum diversitate variam consuetudinem obtinuisse.

VII. Sæculo octavo desinente, & nono incunte, in Capitulari Caroli Magni statuto est Lib. II. cap. xxxviii. *Quod decimas post omnes administrationes, & postulationes Sacerdotum dare neglecterit, excommunicabitur. Iuramento vero eos constrigimus, propter periculum perituri. Sub idem tempus plura in variis Conciliis edita fuerunt decreta, quibus populi obstringebantur decimas solvete. Summi quoque Pontifices hæc de decimis, pendendis Ecclesie ministris, obligationem ius decretalibus firmarunt, præsertim Alexander III. qui Episcopo Cantuariensi rescriptis, ut paracianos, renentes decimas exhibere, omni studio compelleret ad solutionem. Quotiam igitur institutioni divina manifestissime obnoxii qui decimas ipsas Ecclesie non persolvunt, fraternitati vestre per apostolicam scriptam mandamus, quatenus paracianos vestros monere curetis, & si episcopus fuerit, sub excommunicationis districtione compellere, ut de preventibus molendinorum, piscartorum, feno, & lana, decimas Ecclesie, quibus debentur, cum integritate persolvant. In prima Decretalium collectione apud Antonium Augustinum tit. de decimis cap. 11. & in appendice ad Concilium Lateranense, sub eodem Alexandro celebratum IV. part. cap. 11. referuntur inæcra eisdem Alexandri III. successores, plura decreta desiderant. Innocentius III. in Concilio Lateranensi IV. anno 1215. plures statuit canones pro decimarum solutione. Et quamvis in Oriente abolutus fuisset decimarum usus, quia apud Græcos certa erant pro Sacerdotum alimentis constituta tributa, nihilominus in Epistola, ad Patriarcham Latinum Constantinopolitanum data, præcipit Venetos ibidem degentes cogendos esse ad solvendas etiam in Oriente decimas; mo-*

netque attendendam non esse consuetudinem que Venetis obtinet, solvendi decimas paulo ante mortem. Non obstante consuetudine, quam habitatores Venetiarum observant, ut videlicet in morte duntaxat decimam illa que acquisita in vita. In getis eisdem Innocentii. Hic sermo est de decimis personalibus, que post mortem ac negotiatione solvebantur. Tandem, postquam hæc Romanorum Pontificum responsa, & statuta in Decretalium Librum relata sunt, quæve partem iuris communis constituunt, unanimi Canoniarum, & Theologorum consensu conclusum est, omnes ad decimas solvendas teneri, tum reales, tum personales; attenta tamen regionum consuetudine, ut infra declarabitur. Si plura de decimarum vicissitudinibus scire cupis, consule Ludovicum Capmannum Tom. III. vet. & nov. discipl. cap. iv. & leg. Christianam Lupum Tom. V. vet. edit. pag. 92. Van-essen part. 1. r. iii. xxxiii. cap. 1. Haganium in II. Lib. decret. part. 11. Hæc enim pro nostro instituto debita sunt facia.

CAPUT III.

Iure tantum ecclesiastico in lege gratia decime, spoliata eorum quantitate, solvuntur. Reserentur opinio Canoniarum antiquarum, offerentium vi iuris divini nunc decimas pendendas esse. Nonnulla hæc de re quaestiuicula resoluatur.

I. Cardinalis Bellarminus Tom. II. Controvers. Lib. I. de Clericis cap. xxv. recentis hæreticorum erroribus in decimarum materia, quartum errorem appellat opinionem Canoniarum, contentientium fideles adstrictos esse vi iuris divini ad solvendas decimas, spectata etiam eorum quantitate. Quartus error, inquit, est multorum Canoniarum, qui contendunt, decimas, etiam quoad determinationem quantitatis, esse de iure divini; nec posse ulla humana lege, aut consuetudine aliquid statui quantitate. Hanc antiquorum Canoniarum opinionem propugnamus fuscipit Anacletus Reipensium Tom. II. Iur. Can. Lib. III. tit. xxx. de decimis, & oblat. §. 3. num. 13. & seq. Quoniam, inquit, in controversiis in quibus agitatur, num aliquid iuris divini fit nec ne, standum est determinationi Ecclesie, & declarationi summorum Pontificum. Atqui summi Pontifices conceptis verbis declarant, decimas iure divino a fidelibus pendendas esse Sacerdotibus. Sunt igitur iure divino solvende: Ut minorem propositionem evincat; plura allegat summorum

rum Pontificum testimonia, in quibus clarissime asseritur, debitum conferendi decimas Sacerdotibus esse iuris divini: noluit aliqua supra decimas. Id etiam confirmant (ut ipse quidem censet) Sancti Patres Hieronymus, Augustinus, Ambrosius alique plures, qui, nulla facta distinctione, absolute pronuntiant, Dominum adstringere fideles ad decimas persolvendas; potissimum, si sermo sit de decimis prædialibus.

II Mirum est, Auctorem istum, post unanimum omnium Theologorum consensum, quin & recentiorum Canonistarum sententiam, propagandam suscepisse opinionem aperte falam, de qua iterum loco laudato ait Bellarminus. *Sine illo dubio error est manifestus, ut non solum Theologi omnes, sed etiam ex Canonistis decem Sylvestro, Navarros, . . . Nec fensam tantum, sed bis recitant multi Canonistæ, Senes, quia falsum defendunt. Interim, quia damnant fere hereses omnes Theologos qui contrarium sentiunt; cum e contrario ipsorum sententia facillime convinci possit erroris.* Et sane ex his que capite superiore dicta sunt, evidenter talia apparet hæc Canonistarum opinio. Quoniam que iuris divini sunt, semper, & ubique eadem consistunt; nec temporum, & locorum vicissitudinibus obnoxia sunt. Quomodo ergo iuris divini est solutio decimarum, si primis Ecclesie sæculis vix mentio expressa de eisdem habitata fuit? Deinde posterioribus sæculis varia obtinuit consuetudo eisdem solvendi, donec tandem per Ecclesiarum decretum fuit, ab omnibus solvendas esse; quamquam etiamnum in variis regionibus diversitatem conspiciamus.

III. Ad argumentum autem Reiffensuel aliorumque Canonistarum facili responso est. Utrique in controversiis que ius divinum spectant, standum est declarationi Ecclesie, & summorum Pontificum. Sed negamus aut Pontifices, aut Ecclesiam reipsa dehisville solutionem decimarum iuris esse divini. Quoniam in textibus qui allegari solent, solum habetur, fideles iure divino & naturali adstrictos esse ad suppetandam alimenta necessaria suis Sacerdotibus; que alimenta nomine decimarum exprimitur. Quemadmodum facta iuris divini sunt, si spectetur cultus, quo aliquibus diebus Deus peculiariter colendus est, at istorum dierum definitio iuris est ecclesiastica: sic idem dicitur in presentia. Quod fideles pendant ministris Ecclesie congrua stipendia pro eorum susten-

tatione, iuris naturalis, & divini est; sed determinatio talis stipendii auctoritate Ecclesie in lege gratie facta est. Congruum autem dicitur Ecclesie definire, quod fideles pro his alimentis solvant decimas partem omnium bonorum mobilium; & sic facta a floritate innovavit præceptum veteris legis, quod, promulgata lege gratie, cessaverat. Nec, quando Patres, & Pontifices pronuntiarunt, decimas iure divino Sacerdotibus conferendas esse, questio erat de iure que debebantur; sed difficultas tanta in eo vertebatur, quod fideles reipsa alimenta ministris suppeditare vel negligebant, vel recubabant. Non super alimentorum quantitate, que dicitur decima, sed super tota rei substantia disputatio ferebatur. Idcirco ruit omnino argumentatio Reiffensuel, nempe in controversiis in quibus disputatur, an aliqui iuris divini sit nec ne, standum esse determinationi Ecclesie: non quia id verum non sit; sed quia falsum asserimus, disputatum non fuisse, non iure divino tenerentur fideles dare Sacerdotibus pro suis alimentis decimam partem suorum bonorum. Etenim, ut diximus, difficultas in eo sita erat; quod populi recubant ministris Ecclesie alimenta conferre. Porro, ut Patres, Episcopi, & Pontifices validius populos permoverent, atque inducerent ad eiusmodi alimenta, seu stipendia solvenda, legem Dei id præcipientem allegabant. Que omnia clara evadent, si dixerimus nullum in nova lege extare præceptum quod definit, quantitatem stipendii Sacerdotibus conferendi debere esse decimam partem omnium bonorum mobilium. Præceptum autem veteris legis non erat. Male, neque enim extabat ante legem Moyse: nec proprie erat ceremoniale; sed iudiciale tantum, quod obsolevit. Cum itaque præceptum nec in veteri, nec in novo testamento reperitur, quod obstringat fideles ad suppetandam decimam suorum mobilium bonorum partem Presbyteris; & cum ex alia parte certo sciamus, in Ecclesia varam obtinisse consuetudinem circa solutionem decimarum: dicimus necesse est, debitum istud pendendi decimas iuris esse ecclesiastici, non divini. Nec alius momenti est quod subdit Reiffensuel, Pontifices & Patres non distinguere in decimis quantitatem ab ipse substantia fructuum; seu, ut ipse ait, inter decimas materialiter, & formaliter sumptas. Quoniam ex his que dicta sunt, compertum fatis est eos non potuisse allegare ius divinum pro ipsa fructuum quan-

quantitate, seu decima parte. Quandoquidem nec ex Scriptura, nec ex ratione naturali id erueri poterant. Quæ enim ratio naturalis prescribit ut alimenta ministrorum Ecclesie sint decima pars, & non octava, vel duodecima bonorum omnium que laici vel ex terra, vel ex industria colligunt? Iure ergo asserunt omnes Theologi, & recentiores Canonistæ, prælatos Patres ius divinum in medium attulisse, non ad probandum quantitatem, sed ad evincendum debitum alendi ministros congruo stipendio: quod postea ad decimam partem deductum fuit, iuxta congruentiam quam ex D. Thoma supra dedimus. Quid plura? Ipsam Concilium Lateranense, sub Innocentio III. celebratum decernit, solutionem decimarum esse iuris ecclesiastici. Hæc namque verba habentur cap. in aliquibus de decimis: *illa quippe decima necessario solvenda sunt que debentur ex lege divina, vel loci consuetudini non subiacent.* Que iuris divini sunt, locorum consuetudini non subiacent. Quare, ut hunc textum explicent Canonistæ, in sententiam, vel nolentes, incidunt Theologorum. Concedunt namque & illi ipsi, quantitatem fructuum, seu decimarum pro diversis locorum consuetudine majorem, vel minorem esse. Hoc ipsum fatentur Theologi, ut ex D. Thoma supra vidimus, nimirum fideles iure divo ministrare alimenta debere suis Sacerdotibus. Vocant autem decimam *fideliū vota*: quia fideles, dum eas in ministrorum Dei, aliorumque pauperum, qui peculiariter membra sunt Christi, sustentationem conferunt, illas quodammodo Deo offerunt; & consuetudinem admodum religionis cultu vota sua Deo persolvunt.

IV. Quæst. I. An consuetudo valeat abrogare obligationem solvendi decimas? Respond. Ex his que dicta sunt, propositæ questionis resolutio manifesta est. Canonistæ qui defendunt, decimas iure divino deberi, etiam quando quantitatem, sequenter propagant, eas nulla consuetudine minui, vel abrogari posse. Contra Theologi, qui alimenta congrua pro Sacerdotum sustentatione deberi iure tum naturali, tum divino docent, nulla consuetudine contraria asserri posse debitum eadem solvendi etiam sustinent. Verum quia simul periculum habent, quantitatem istius sustentationis ab ecclesiastica possellate definitam minui; hæc vi consuetudinis augeri, vel minui posse admittunt. Quia, si ministris Ecclesie alia via provium esset sufficienter, assentiantur, introducti posse consuetudinem, vi cuius fideles liberi forent a solutione cuiusque fructuum partis. Quia,

cessante titulo, cessat debitum. Titulus autem conferendi decimas ministris Dei est illorum sustentatio ratione ministris. Quoties ergo nullo modo indigerent alimentis, quia aliunde ex Ecclesie provisione illis conferrentur; consuetudo obtinere possit ipsam decimas non solvendi: Sed hoc nunquam fortassis contingit. Quare consuetudo potissimum locum habet in circumstantiis decimarum, quod nempe solvantur ex his rebus, non ex illis; in hac, non in illa mensura; hoc, non illo tempore. Hoc ipsum prætere valeat præscriptio; dummodo aditæ requisita necessaria pro legitima præscriptione.

V. Quæst. II. An Ecclesia valeat asserere consuetudinem introductam non solvendi decimas? Respondeo. D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 1. & quæst. vi. art. 10. ad 2. docet, nunquam introducti posse consuetudinem talem non solvendi decimas, ut Ecclesia nequeat eam abrogare: quia nulla consuetudo solvit a debito decimarum, nisi approbata, vel saltem tolerata a summo Pontifice sit. Ubi autem consuetudo legitime obtineret non solvendi vel quantitatem decimæ, vel simpliciter, vel ex talibus rebus; ea nec per Clericos, neque per Episcopos particulares, sed solum per summum Pontificem abrogari potest. Solum enim Pontifex ex iusta & rationabili causa iuri communi derogare valet. Et ideo D. Thomas laudata quæstione lxxxvii. artic. 1. ad 5. asserit, laudabiliter ministris Ecclesie aliquando non exigere decimas, vel propter delictum, vel propter scandalum, quod ex evadione consequerentur. Et *instanter laudabiliter ministris Ecclesie decimas Ecclesie non requirunt, ubi sine scandalorequiri non possent propter dissuetudinem, vel propter aliquam etiam causam.* Nec tamen sunt in statu damnationis qui non solvant in illis locis, in quibus Ecclesia non petit; nisi forte propter obstinationem animi, habentes voluntatem non solvendi, etiam si ab eis peteretur. Quæ ultima verba, ut advertit Suarez, quibus modis intelligi possint. Primo, quando fideles ita obstinati essent, ut, licet eorum spirituales ministri indigerent congrua sustentatione, reculantur alimenta necessaria illis suppeditare prætextu consuetudinis, que præscribere nequit adversus ius naturale, vi cuius debentur alimenta ministris populo inferventibus. Secundo, quando fideles reculant obediæ Pontifici, qui propter universale bonum Ecclesie præcipere solutionem decimarum, que antea ratione consuetudinis non solvabantur. In his duobus casibus peccarent fideles qui prætextu consuetudinis sol-

vere decimas renuerunt. Cæterum, sicut consuetudo eximere potest aliquam integram communitatem, ita potiori iure liberare valet personam aliquam privatam a solutione decimarum.

VI. Quæst. III. An Summus Pontifex valeat omnino tollere decimarum solutionem? Respondedo. In primis Pontificem dispensare non posse a solutione decimarum, quoties ministri defitituri essent necessariis alimentis, quæ debentur illis naturali iure, quod nulli humane potestati subiacet. Secundo plures tum Canonitarum, tum Theologorum docent, Pontificem, si sua absoluta potestate uti vellet, posse omnino tollere præceptum decimarum, salva semper congrua sustentatione ministrorum, quævis id illicitè præstaret. Verum, quidquid sit de hac opinione, dico Pontificem neque valide, neque licite posse legem decimarum, licet ecclesiasticam, omnino abrogare. Quoniam talis abrogatio non esset dispensatio, sed, ut communiter dicitur, dissipatio reddituum ecclesiasticorum; quæ cederet in gravissimum, & universale detrimentum totius Ecclesiæ, non solum temporale, sed etiam spirituale. Porro Christus Dominus suis Pontificibus non contulit summam potestatem in destructionem, & ruinam; sed in edificationem, & incrementum Ecclesiæ. Verum, quia Spiritus Dei est qui speciali assistentia regit suos in terris Vicarios in universalis Ecclesiæ moderamine, numquam permittit ut illi quidquam agant, vel decernant in commune totius Ecclesiæ spirituale detrimentum.

VII. Quæst. IV. An Summus Pontifex possit aliquos privatas dispensare a decimarum solutione? Respondedo. Id constat ex usu pio, & manifesto, quod summi Pontifices omnino tempore plures privatas personas a debito solvendi decimas dispensaverunt. Ratio antea clara est: quoniam præceptum solvendi decimas ecclesiasticum est, a cuius observantia ob iustam causam Pontifices summi eximere possunt subditos suos. Neque de hoc difficultas est inter Theologos.

CAPUT IV.

Summi Pontifices, & Episcopi variis, iustificatione de causis Monachis, & Regularibus decimas concessere. Donatio decimarum, laicis a summo Pontifice facta sine iusta causa, illicita, & nulla est.

I. Decimæ res sunt temporales; ideo Monachis, & laicis iusta de causa communicari possunt. Ius tamen illas exigendi spirituale est, quod ministris Ecclesiæ competit. Ita inquit sanctus Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 3. ad 3. *Statis res nomine decime acceptas potest Ecclesia a laico tradere; ita etiam potest ut concedere, ut dandas decimas ipsi accipiant, iure accipiendi ministris Ecclesiæ reservato; sicut quibusdam militibus decime debentur in feudum per Ecclesiam concessæ; sive etiam ad sustentationem pauperum, sicut quibusdam Religiosis laicis, vel non habentibus curam animarum aliquæ decime sunt concessæ per modum elemosine; quibusdam tamen Religiosis competit accipere decimas ex eo quod habent curam animarum.* Nullum ergo dubium est, Pontifices summos posse tum Religiosis, tum laicis iustam ob causam privilegium non solvendi, & facultatem percipiendi decimas concedere. Quo posito tamquam certo, ad facti veritatem explicandam accedo.

II. Gravita diffida, iurgia, & scandala Clerum inter & Regulares exarserunt ob decimas, istis vel ab Episcopis, vel a summis Pontificibus collatas. Si tamen Clerici, & Parochi ad causas eiusmodi privilegiorum animum intenderent; non de Monachis, seu Regularibus, sed de semetipsis conquireretur. Certum siquidem est, lapsus Romanos Pontifices, & Episcopos Ecclesiæ parochiales Regularium regimini subiecisse, non ut Regularibus, sed ut ipsis Ecclesiis consisterent. Gratianus *caus. xvi. quæst. 1. can. lxxviii.* epistolam refert sub nomine S. Hieronymi ad Damasum Papam, in qua narratur, Episcopos Monachis potestatem concessisse percipiendi decimas. Verum communis est eruditorum opinio, epistolam hanc suppositiciam esse, in gratiam Monachorum confictam circiter seculum xi. Ideo emi missam facimus, ut sententiam monumenta promissimus. Leo IX. Monasterio S. Petri Damiani parochialem Ecclesiam univit. *Sancimus ut ple-*
ben

dem sancte Maria, positam in loco qui dicitur Vinole, prefata Erenus perpetuo iure possideat. Plures quoque Ecclesiæ fuisse, constat ex Concilio Pictavienensi, anno 1078. celebrato, in quo *can. xvii.* hæc leguntur. *Abbatibus, Monachis, Canonici Ecclesiæ, quas nunquam habuerunt, non emant, nec alio modo sibi vindicent, nisi consentiente Episcopo, in cuius fuerint diocesi. In illis vero quibus baccænes abique calumnia habuerunt, redditus, beneficium obtinent. Presbyter tamen decura animarum, & de christianitatis ministerio Episcopo respondeat.* Hinc tamen non inferitur, Episcopos potestatem habere applicandi eiusmodi decimas alteri quam ei cui ex iure communi debentur; sed solum posse decimas tum diocesis, iusta de causa, ut delegatus Sedis apostolicæ, Regularibus, aliisque quandoque applicare, salva semper ministrorum sustentatione. Innotuissent monumenta ex antiquitate isthuc transcribere possem, ut ostenderem, semper necessarium fuisse consensum Episcoporum in translatione decimarum ad Monachos, Satis nunc sit referre Concilii V. Romani *can. ix. Ut nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu in cuius diocesi habitat recipit, detinet, apostolica sanctione firmamus.* Verum de hac obiter dictum sit. Aliam nunc viam, per quam ad Regularium Cenobita decimæ pervenerunt, aperiamus.

III. Non modo a summis Pontificibus, & Episcopis, sed etiam ab ipsis laicis decimarum copiam Regulares acceperunt. Id autem hoc evenit pacto. Seculis octavo, nono, & sequentibus cum Europa bellorum aestu arderet, & postissimum pagani hostibus undique perenerat, plures Ecclesiæ, decimas, & patrimonia sacra laici variis titulis occuparunt. Nobiles postissimum, propriis conquestis opibus in bello adversus infideles, alii ab ipsis Regibus decimas, & altaria obtinuerunt, alii propria auctoritate eadem invaserunt. Carolum Martellum decimas, & Ecclesiæ laicis concessisse, historici produnt. Qua de re fragmentum edidit Petrus Pithæus, quod hæc continet. *Carolus Magnus, & Anstastorum Princeps res Ecclesiasticas propter assiduitatem bellorum laicis tradidit.* Vix laici degularunt ecclesiasticorum reddituum saporem, aucta in dies fame, quæ bonorum possessione non extinguitur, sed accenditur, omnibus limitibus transiit, vel iure infestationis, vel aliis titulis, Ecclesiasticam parochialem decimas aut a Regibus da-

tas acceperant, aut seipsis usurparunt. At, cum omnes res clament ad dominum suum, maxime bona sacra ad sapremum universis Dominum Deum clamorem emittant, atque iniustos possessores continentere reprehendant, & acrisus stimulis ad restitutionem perargunt. Itaque laici, lacorum reddituum predatores, & internis conscientiarum angoribus agitati, & externis Episcoporum adhortationibus permoti, de sacris mabibus relituentis consilium iniere. At, quia Clerus una cum bonorum iactura, mortuum quoque disciplinam amiserat, maluerunt laici Monachis, qui virtutum splendore fulgebant, quam Episcopis, & Parochis (fortitan non ita bene moratis) Ecclesiæ, & decimas restituere. Non omnes tamen, ut conscientiarum fur facerent satis, restitutionem hanc executioni mandarunt. Plures quidem sponte, & ut iustitie litarent, id præstiterunt; sed plures alii non prius optima spolia Monachis reddiderunt, quam accepta ab ipsis pecunia. Ecclesiæ Pastores, quod neque auctoritate, neque potentia tanta polleat, ut ad sua fidei restituenda laicos cogere, temporis morem gessere, & quod impedire nequeverunt, necellario approbarunt. Rem hanc describit Christianus Lupus Tom. VI. edit. Venet. pag. 89. Et Monachorum, & Regularium in cathedra, aut collegio Clericorum Clericorum disciplinam hanc horrentissimam vigebat. Hinc plures laici, cum secularibus seu singularibus Clericis convenerunt, detentas altarum decimas illis donarunt, & ex ipsis fundarunt nova Monasteria, ac regularia Collegia, atque vicariam ipsam professionem opulentissimè ditarunt. Ipsa dederunt cum onere reparandæ, & ornandæ fabricæ, & sufficiens ad populi ministerium Cleri sustentandi. Post extirpata Caroli Magni sobolem, & patrata in Formosum Pontificem scandala, nullum adeo resurrexit, ut laici in ipsis etiam Romanis Basilicis devotas adventantium fidelium oblationes invaderent, & ipsos adventantes in via præcederent. Mellicianum abbate iterum capto Gregorius VI. Victor II. ac presertim sanctus Leo IX. sanctatus ab Hermano contracto. Et tunc iterum varia, in quibus vigebat regularis Ordo, Monasteria non parum profecerunt.

IV. Grates itaque summe Monachis agendæ sunt, quod morum sanctimoniam, virtutum splendore poterint e manibus laicorum sacra ipsa extorgere. Sed ob ipsorum maximam lubertatem Monachi invidiam, ob decimas nempe sibi a laicis collatas, læpissus iporum Episcoporum consensu. Hinc siquidem murmura, hinc diffida, & invidia

Clerum inter & Monachos. Parochi apud Episcopos, & Episcopi apud summos Pontifices Monachos, tanquam in finibus decimarum usurpatores, traducebant. Quibus virgus, ac dissensionibus ut prospicerent Pontifices summi, haudquaquam Monachis decimarum acceptiones interdixere; sed decreverunt ipsos eas recipere debere, vel Sedis apostolice, vel Episcoporum consensu, ut patet ex Canone Concilii Romani sub Gregorio VII. quem paulo ante descripsimus. Simul vero quorundam Episcoporum avaritiam cohibuerunt, ac declarant Sedem apostolicam adire Monachos debere, quoties Episcopi consentire rennerent, ut decimas a laicis donatas acciperent. Hæc omnia continentur in Concilio Romano, sub Urbano II. anno 1099. celebrato can. xv. *Nullus laicus decimas suas, aut Ecclesiam, aut quicquid ecclesiastici iuris est, sine consensu Episcopi, seu Romani concessione Pontificis Monasterii, aut Canonici offerre presumat. Quod si quis Episcopus, improbitatis, & avaritiæ causa consentire noluerit, Romano Pontifici monstretur, & eius licentia, quod offerendum est, offeratur. Similimus canon editus fuit in Synodo Mellensi anno 1089. Adeo frequentes canones tum Synodi, tum Pontifices eviderent in Monachorum, decimas a laicis recipiendum, favorem: quia non deerant pleudocutores, inquit Christianus Lupus, qui esturiebant, non secus Monachos ac laicos non posse licite decimas possidere. Quin eo audacia procipti erant, ut in statu damnationis deprecarent esse Monasteria que decimas possidebant. Hæc erronea doctrina multi Monachi decepti, Cœnobiiis reliquis, alioque receperunt. Hæc omnia describit Ivo Carnotensis Episcopus epist. excti. Hæc & his similia præcones huiusmodi non intelligentes, aut non legentes, suadent Monachis ut sua Monasteria deserant propter Abbates suos, & procuratores Monasteriorum suorum, qui aliquas decimas, quas iure pertinent ad dispensationem Episcoporum, Monasteriis suis acciperent. Dicant mihi tam submissis divinum iudicium servatores, quid salubris sit Monachis, utrum permanere Carnobitas sub Præpositorum suorum obedientia, que melior est pro victima, & ibi vivere de decimis, & oblationibus fidelium, quas Ecclesia lege caritatis communicare potest non tantum Monasteriis, sed etiam Xenodochiis, infirmis, & peregrinis; an fieri Sarabaitas, ut in privatis locis proprio iure vivant, & vitium sibi de substantia pauperum per manus raptorum, & de fenore negotiatorum accipiant. Licet enim decimas, &*

oblationes principaliter debeant clericali militia: potest tamen Ecclesia omne quod habet, cum pauperibus habere commune. Quamvis magis cum his pauperibus qui, relictis facultatibus propriis, non in angaria voluntate crucem Christi, sequuntur pauperem Christum? Est tamen, in quo Abbatibus, & præpositis Monasteriorum parcendum esse non existimem, si ab illis ad quos non pertinet, id est a laicis, decimas, & oblationes accipiant; si inordinate eas a quibuscumque personis acquirant; si terminos transgrediantur antiquos, id est si stipendia Presbyterorum antiquum iustitiam impugnent, ac sibi usurpent. Nec tamen ideo Monachi qui hæc ignorant, aut non probant, debent suam collectionem deserere, aut Abbatibus suis minus obedientes existere. Hæc sancti Ivo nisi epistola compellit multorum auctoritate, pluresque Monachos propriorum Abbatum regimini subiecit. Animadvertit laudatus Lupus, plures Monachos religioni sibi distitisse in Monasteriis, que decimas possidebant, vitam degere. Quis enim nesciat, inquit, sanctissimum Cisterciensem Ordinem prodiisse ex schismate, & quasi apostasia quorundam fratrum & Molinensi Monasterio? Existimabant enim se extra salutis viam digredi, eo quod divi Benedicti Regulam prohibere censerent altarium, Ecclesiarum, decimarumque possessionem. Qua de causa Venerabilis Alberticus, secundus Cistercii Abbas, longo tempore, tanquam schismaticus auctor, aut incensor Molinensem carcerem significavit. En quomodo divina providentia passim permittit ut sacrorum Ordinum insulatores, atque monachice disciplinæ reparatores, malorum fratrum perfectionibus vexarentur. Quorsum? ut illi meritorum, sibi scelerum mercurum implerent.

V. Porro ideo laici decimas Monasteriis libentius conferebant, quod Monachos, liberaliores in pauperes, & exactiores bonorum ecclesiasticorum dispensatores reputarent. Non in Monachorum dumtaxat sustentationem, sed & in pauperum, viduarum, ac orphanorum subsidium decimæ potissimum Monasteriis conferebantur; ut testatur præ aliis D. Petrus Damianus Lib. II. epist. xiv. *Utopiosiora in pauperes alimenta proficiant, dantur in Monasteriis, & Ermitis decimæ quamcumque procentuum, & non modo pecuniarum, sed cornicum pariter, & ovorum.* Heinc infert Lupus, Monasteria, & Clericorum Collegia, que decimas possident, ad largas, copiosasque elemosinas pauperibus impertiendas, non modo caritatis, sed etiam iustitiae lege obligant. Et quia

non

non pauca Monasteria minus exacte tantum debium impleverunt; ideoque ab insulato de fecere, & in laxitate sententiam prolapsa, in commendas redacta fuerunt. Copiosæ sunt quidem divitiæ semper disciplinæ tum ecclesiasticæ, tum monachicæ, infestæ existenter, & extiales. Abundans decimarum possessio oculo fuit, cur Regula D. Benedicti a sua primitiva levitate declinaverit. Ut eisdem Regule primitiva observantia insularetur, institutus fuit Cisterciensium Ordo in summa paupertate abque decimis, & altaribus. Cuius paupertatis disciplina ut lata testa culodiretur, Alexander III. sacro illi Ordini decimarum receptionem interdixit; & tandem in paupertatis observantia floruit, quamdiu saluberrimis sanctissimi Pontificis decretis paruit Ordo ille.

VI. Non modo Monachis, sed etiam Fratribus mendicantibus decimæ, & Ecclesiæ collate fuerunt, modo a laicis, contententibus Episcopis, modo ab Episcopis ipso. Fulco, non Episcopum Tolosanum decimarum usum concessisse Prædicatoribus, comperitum est. Concessionem hanc confirmasse Honorium III. pariter certum. Id tamen cautum fuit ut non ipsi, sed Presbyter ab Episcopo institutus regeret altaria. Temporis decuria Fratres ipsi Ecclesiæ regebant. Hinc dissidia, & murmura Parochorum. Ioannes vigesimus secundus sua peculiari constitutione professorem culsubit mendicantium Ordinis ad inferiores cathedralibus Ecclesiis postulari prohibuit. Sanctus Pius V. huic constitutioni derogavit, & privilegium indulit cunctis mendicantibus, ut quæcumque a suis Fratribus præterante Episcopo possent pro animarum cura peragenda in Ecclesiis sibi subiectis. Hæc pauca delibasse sufficiat circa decimas, a Pontificibus, Episcopis, & laicis, Regularibus concessas. Qui plura cupit, consulat laudatos Lupum, Thomassinum, & Van-elpen.

VII. Quares, An privilegium, sine ulla causa iusta laico concessum, non solvendi vel recipiendi decimas, validum sit? Resp. Sub initium istius capitis dictum est, posse summos Pontifices iusta de causa valide, & licite tum Ecclesiasticis, tum laicis aliquam decimarum partem applicare. Quoniam laici, licet capaces non sint iuris percipiendi decimas, quia ius istud spirituale est, ut diximus, capaces tamen sunt fructuum decimarum, qui temporales sunt. Quæstio specialis de laicis insulatur. Nam, si applicatio fiat decimarum personis ecclesiasticis, etiam abique iusta causa, valida est. Tunc etiam non violatur iustitia commutativa;

nisi fieret cum damno ministrorum, populis inservientium, quibus, ut dictum est, ex iustitia alimenta debentur. Quibus positis, dicimus, applicationem decimarum, factam per Pontificem laico sine ulla iusta causa, esse nullam; atque adeo nec Pontificem concedentem, nec laicum recipientem tutum reddere in conscientia. Ratio evidens est. Si quidem decimæ a fidelibus conferuntur in communem Ecclesiæ utilitatem, in pauperum, & ministrorum sustentationem, in divinum cultum, aliaque pia opera; non vero in usus profanos. Pontifex autem non est dominus absolutus istorum bonorum, ita ut possit pro libito, cuicumque voluerit, eadem impartire; sed est supremus dispensator intra fines quorum intuitu eadem bona a fidelibus collata sunt. Ergo, dum illa in usus profanos converterent Pontifex, peccaret contra iustitiam commutativam, & ius naturale, ac divinum; & eiusmodi largitio nulla esset, utpote contra intentionem offerentium decimas, & contra voluntatem veri domini. Neque enim Deus potestatem Pontifici contulit in destructionem, sed in edificationem Ecclesiæ. Quando tamen certo, & evidenter non constat, sine causa applicationem factam fuisse, qui recipiunt decimas, tati tamen in conscientia; dummodo veras, & non falsas causas exposuerint. Nec enim præsumendum est, Pontifices summos prodigere Ecclesiæ bona, & sine rationabilibus piisque causis eadem dispensare. Hanc doctrinam in publica Signatura gratie uberrima eloquentia explanavit summus Pontifex feliciter regnans, BENEDICTUS XIV. epist. anno 1747, in Lib. de leg. lxxv. explicabo. Heinc inferunt, nullam quoque futuram applicationem fructuum alicuius beneficii alicui persone, etiam ecclesiasticæ, vel loco sacro, quando fieret cum detrimento congruæ sustentationis ipsius ministri, vel beneficiarii. Quoniam, ut sapienter dictum est, congrua sustentatio ministri, interviens populo, est de iure divino potestatis, quod obnoxium non est humane potestati. Quare si cui eiusmodi fructus applicati essent, ad restitutionem teneretur pro ea parte que necessaria est ad congruam ministri sustentationem. Sed de hoc sulius suo loco.

CAPUT V.

De personis quæ decimas solvere tenentur. Plures quæstionibus hæc de re explicatur.

OMnes fideles baptizati vi iuris communis, per se loquendo, nisi aliquo privilegio exempti sint, ad decimas solvendas adstringuntur. Clare traditur in cap. *Extransmissa*, & c. *de decimis*. Res: certa est penes omnes tum Canonistas, tum Theologos cum D. Thoma 2. 2. *quest. lxxxvii. artic. 1. & 4.* Explicatur singula membra propositæ assertionis. Ex quo fideles baptizati tenentur ad solutionem decimarum, excluduntur omnes infideles non baptizati, qui ad decimas pendendis liberi sunt. Quandoquidem, si præceptum decimarum spectetur, ut naturale est, alimenta ministris Ecclesiæ conferenda precipiunt, planum est non obligare infideles, qui, cum a ministris Ecclesiæ spiritualia nec recipiant, nec recipere teneantur, usquequum sint extra Ecclesiam, naturali iure ad eisdem ministris alendos non obligantur. Si præceptum quatenus ecclesiasticum est, consideretur, pariter competentur non obligantur, non obligare infideles, qui, cum non sint Ecclesiæ membra, Ecclesiæ legibus non sunt subiecti. Fideles autem baptizati & a ministris Ecclesiæ recipere alimenta spiritualia tenentur, & membra sunt Ecclesiæ: ideo iure & naturali, & ecclesiastico ad decimas solvendas obligantur. Hæretici baptizati tenentur ad solvendas decimas, quia ratione baptismatis subiecti sunt præceptis Ecclesiæ: & quamvis alimenta spiritualia non recipiant, tenentur tamen recipere, & ministri parati sunt ad ea omnia illis conferenda quæ ceteris suis ovibus ministrantur. Catechumeni, qui sunt filii infidelium, non tenentur lege decimarum: quia fides interna, & privata, absque professione solemnem in faciem Ecclesiæ, & sine character baptismatis non subicit eos Ecclesiæ legibus. Filii Catholicorum obligantur ad decimas solvendas, etiam si adiri differant baptismatis susceptionem: quoniam ratione characteris parentum, seu originis, Ecclesiæ præceptis obnoxii sunt: idcirco ad decimas tenentur.

I. Quæst. I. *An Iudæi, Turcæ, ceterique infideles qui nunquam baptismata susceperunt, tenentur solvere decimas prediales de fundis, quas possident in locis Christianorum?* Resp. Possident per se, ut dictum est, quatenus infideles sunt, decimarum oneri non subiciuntur;

ratione tamen aliquibus circumstantiæ ad aliquas decimas solvendas obligantur. Ad aliquas, inquam, non ad omnes. Nam communis est Theologorum sententia, ad decimas personales non teneri: quia eiusmodi decimæ dantur Ecclesiæ ratione administrationis rerum spiritualium. Nihil autem spirituale ab Ecclesiâ infideles recipiunt. Quare opinio Glossæ, in cap. *Quarto* contrarium defendentis, communiter improbat. Aliqui Canonistæ docent, infideles, habitantes in aliqua Christianorum parochia, teneri ad decimas personales ratione compensationis damni quod Ecclesiâ patitur. Si enim loco infidelis inhabitaret Christianus, is decimas solveret. Sed hæc ratio, ut inquit Sotus *Lib. IX. de iustit. & iur. quest. iv. artic. 4.* nulla est. Quandoquidem Ecclesiâ ius non habet, ut omnes Christiani alicuius parochiæ laborent, negotientur, arteque exerceant. Quid, si omnes illius parochiæ nobiles essent? Anne nobiles tenerentur solvere decimas personales, quas solverent artifices, & negotiatores? Nulla ergo probabilitate gaudet opinio Panormitani, Abbatis, & quorundam aliorum Canonistarum, obligantium infideles ad decimas personales ratione compensationis damni quod afferunt Ecclesiæ. Quoad decimas autem prediales distinctio opus est. Nam infideles vel possident prædia in locis, & provinciis Christianorum, quæ ab ipsis Christianis emerunt, vel alia prædia possident in propriis provinciis. De prædiis que in Christianorum locis possident, decimas pendere obligantur, non quatenus infideles, sed quatenus illis prædiis affixum est onus reale decimarum, quod onus sequitur prædia, quocumque devolvantur. Hoc aperte declaratum est in eapite *Quanto*, de usuris his verbis: *Hæc eadem pena Iudæos decemimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas a Christianis de domibus, & possessionibus aliis percipere consueverunt, antequam ad Iudæos quocumque titulo devissent, ut sic Ecclesiæ confererentur indemnes.* Ex quo textu colligitur, Ecclesiam habere ius ad exigendas decimas ex tali prædio. Porro hoc iure Ecclesiâ defraudari nequit ob infidelitatem acquirentis. Hæc omnia docet S. Antoninus II. Part. tit. iv. cap. 111. & 2. *Decima predialis... debet dari indistincte a possidente prædia, sive iuste, sive iniuste possiderit: & non solum, si possiderit prædia a Catholico, sed etiam ad hæretico, Iudæo, vel Pagano, Thomas, & Raymondus.* De prædiis que infideles possident in propriis

pro-

provinciis, ad decimas non tenentur: quia Ecclesiâ nullum ius habet, vel habitum in illa prædia. Oppositum sustinet Panormitanus cum quibusdam aliis Canonistis: quia, inquit, licet infideles non sint iuri ecclesiastico obnoxii; nihilominus subiciuntur iuri divino. Nonne creature omnes ratione prædicte tenentur recognoscere Deum, ut sapientum rerum Dominum? Ergo hæc ratione, ut scilicet infideles recognoscant supremum Dei dominum, decimas Deo offerre adstringuntur. Et videtur hoc colligi ex cap. *Tua nobis*. Respondum facile est. Utrique omnes, tum fideles, tum infideles, tenentur iure prædicto ac universale unius Nominis dominum venerari, suamque ipsi submissionem aliquo tributo, & oblatione testari. Sed salum est, ut illius iuris obitrigit infideles ad recognoscendum hoc divinum supremumque dominum decimarum solutione; cum possint huic debito satisfacere aliquo alio tributo, seu sacrificio. Præceptum solvendi decimas in veteri lege non obligabat alios præter Iudæos: & nihilominus alius nationes Deo offerre aliquas oblationes, illarumque aliquo tributo recognoscere adstringebantur. Antequam ergo infideles Ecclesiæ membra fiant, absolute non subiciuntur Ecclesiæ præceptis. Hæc responsio, subdit, evincit solum, infideles non debere solvere decimas quoad quantitatem, quod iuris est ecclesiastici; non vero eos exemptos esse a decimis, quatenus sunt alimenta ministrorum, quæ naturali divinoque iure illis debentur. Responsio data utrumque evincit. Nam infideles a ministris alimenta spiritualia non recipiunt, nec sunt illorum oves; & ministri non sunt pastores actu infidelium, sed fidelium.

II. Quæst. II. *An Ecclesiâ iure exigere possit ab infidelibus tributum congruum ad suscipiendum prædium congruum, quos ab eorum conversionem mittit?* Resp. Ecclesiâ ab infidelibus, in terris sibi subiectis inhabitantibus, sibi que temporaliter subditis, repta exigit hoc tributum. Rõter siquidem Iudæi pensionem pendunt ad alendum Predicatorem qui illis Christi Evangelium exponat. Hac potestate ut non solet Ecclesiâ in infideles, sibi non subiectos quoad temporalem iurisdictionem. Verum unum est, Christum Dominum omnes ad fidem vocasse, & vocare. Et, quemadmodum mortuus est pro omnibus, ita omnes quocumque Ecclesiæ sui suppositi, quatenus scilicet omnes tenentur Evangelii prædicationem suscipere, & illius ministris audire, eisque parere. Quia tamen Deus ipse neminem cogit ad fidem suscipiendam; ideo nec illius

Ecclesiæ, que eisdem Dei spiritui regitur, ipsa potestate utitur ad cogendos infideles, ut fidem amplectantur: ac proinde tributum imponere non solet infidelibus sibi non subditis, tum ad evitandum scandalum, quod inde comlequi posset, tum ad imitationem Iesu Christi, & Apostolorum, qui omnino gratis legem gratiæ in omnes gentes promulgarunt, quive proprio labore victum sibi comparabant, aut a fidelibus, jam fide imbutis, quondammodo sibi accipiebant.

IV. Quæst. III. *An Summi Pontifices, & Episcopi tenentur decimas solvere?* Resp. Nec Pontifices, nec Episcopi obnoxii sunt decimis personalibus. Non Pontifex, quia nullum habet superiorum, cui subiciatur: & licet etiam ipse sacramenta a ministris percipiat, attamen ille ipse potestatem ministris conferre impediendi sacramenta. Neque Episcopi ad hæc decimas personales pendendas obligati sunt. Et certe non Parochis, quia sint ipsi subiecti; non Pontifici, quia, licet iusta de causa possit summus Pontifex Episcopos, ut ipse subditis, decimas personales imponere; tepla tamen hæc potestatis Pontifices nunquam usi sunt, sed alia via sibi providerunt. Sic docet D. Thomas 2. 2. *quest. lxxxvii. art. 4. ad 3.* *Unde nunc eadem ratione tenentur Clerici summo Pontifici decimas dare, si exigere. Naturalis enim ratio dicitur ut ille qui habet curam de communibus multitudinis statu, providere de communibus bonis, unde possit exequi ea que pertinent ad communem salutem.* Pontifices vero obnoxii sunt decimis predialibus de illis terris, seu fundis, quos possident titulo patrimonii temporalis. Quoniam, facta parochiarum partitione, unicuique Ecclesiæ assignata sunt prædia cum onere decimarum: quod onus, reale cum sit, semper annexum est prædii prædii. Ergo, si Pontifices predatores sint titulo vel hereditatis, vel emptiois, vel donationis, vel quocumque alio temporalis iure, eiusmodi prædiorum, oblitriunt ad solvendum decimarum debitum eisdem terris affixum. Idem de Episcopis potiori iure dicendum est. De prædiis, que habent ratione Episcopatus, seu que reditus decimas solvere. De prædiis vero profanis, seu que titulo hereditatis, patrimonii, vel emptiois possident, decimas solvere adstringuntur, ob rationem iam dictam, quod prædii eiusmodi adnexum sit onus reale decimarum, quæ a quocumque solvi debent.

V. Quæst. IV. *An Clerici curati, seu Parochi tenentur decimas solvere personales, & reales?* Resp. Ad decimas personales non tenentur.

tenen-

tentur: quia illa solvuntur Pastor ratione sacramentorum. Parochi autem, cum recipiunt sacramenta, ea non suscipiunt ab aliis Parochis, tamquam subditi, sed tamquam cooperatores in vinea Domini. Neque tenentur solvere decimas Episcopis de fructibus beneficiorum: quia nec iure, nec consuetudine tale debitum constat. Obligantur vero solvere decimas de prædiis que possident titulo temporali hereditatis, emptionis, aut quovis alio. Sic docet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 4. Clerici autem, in quantum sunt ministri altaris, spiritualibus debentur seminare decimas, in quantum Clerici sunt, id est in quantum habent ecclesiasticas possessiones, decimas solvere non tenentur. Ex alia vero causa, scilicet propter hoc quod possident proprio iure, vel ex successione parentum, vel ex emptione, vel quocunque huiusmodi modo, sunt ad decimas solvendas obligati.

VI. Quæst. V. An Clerici simplices teneantur ad decimas tum personales, tum reales? Resp. Ut primum de decimis personalibus loquamur, animadvertamus oportet, Clericos duplici ex titulo lucrari posse, spirituali nempe, & temporali. Actione spirituali lucrari possunt, dum Missam canunt, dum cadavera defunctorum tumulant &c. Quæ his actionibus lucrantur, decimis obnoxia non sunt. Ex his vero que corporali labore, seu profano, & temporali titulo lucrantur, tenentur decimas persolvere. Si quidem decimæ personales debentur ratione sacramentorum, que ipsi Clerici recipiunt a suis Parochis. Nominæ autem Clericorum intelligimus non solum eos qui in minoribus ordinibus sunt constituti, sed etiam Sacerdotes. Ad decimas vero reales quod attinet, distinctione pariter opus est. Nam de fructibus beneficiorum, ut decimas quas ipsi ratione beneficiorum percipiunt, decimas solvere non tenentur; ut declaratum est in cap. Novum genus, de decimis, ubi Palchalis II. hæc decernit. Novum genus exactionis est, ut Clerici a Clericis decimas exigant; cum nullquam in lege Domini hoc legamus. Non enim Leviticus a Levitis decimas accepisse legitur. Quam decretalem refert S. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 4. in arg. Sed contra. De prædiis vero que titulo hereditatis, emptionis, donationis, vel alio simili possident, decimas solvere tenentur; etiam si eiusmodi prædia sint in territorio Ecclesie cui inserviunt. Ita D. Thomas loco laud. ad 2.

Clerici de propriis prædiis tenentur solvere decimas parochiali Ecclesie, sicut & alii, etiam si ipsi sint eiusdem Ecclesie Clerici: quia aliud est habere aliquid ut proprium, aliud ut commune. Prædia vero Ecclesie non sunt ad decimas solvendas obligata, etiam si sint infra terminos alterius parochie. Hinc inferitur, teneri Clericos ad solvendas decimas etiam de fructibus parimoniarum, cumque titulo ordinati fuerint: quia eiusmodi fundus, seu tertie in patrimonio deputate possidentur a Clericis titulo temporali, & solum ad tempus deputata sunt ad sustentationem Clericorum; ceterum remanent bona laicalia. Non ergo defraudari debent Ecclesie parochiales iure exigendi super illis prædiis decimas que sibi debebantur, antequam fundi eiusmodi deputarentur in patrimonio Clericorum. Hæc omnia, que hucusque dicta sunt, communiter Theologi docent.

VII. Quæst. VI. An Principes, & Reges ad decimas pendendas teneantur? Resp. Præceptum de decimis solvendis universale est, omneque fideles baptizatos comprehendit: ergo & Reges, & Principes. Eadem enim est omnium ratio. Non minus etiam Principes, Requeque subditi sunt Pastoribus Ecclesie in spiritualibus ac ceteri fideles; & ab illis sacramenta percipiunt. Communis penes omnes sententia.

VIII. Quæst. VII. An pauperes subiecti sint decimarum solutioni? Resp. Distinguedi sunt varii paupertatis gradus, seu status. Nam primus gradus paupertatis est que appellatur communis. Secundus gradus paupertatis est que vocatur gravis. Ultimus gradus paupertatis est que denominatur extrema. Pauperes qui solum communi paupertate laborant, non eximuntur a decimarum solutione, sicuti neque a pendendis Regibus tributis liberantur: quia pauperes in hac communi paupertate habent, ut supponitur, communi alimentum ad propriam, & familiæ sustentationem. Ergo, si quid inest ad necessariam sustentationem, tenentur illud pro decimis offerre. Pauperes in extrema necessitate constituti a decimarum debito omnino liberi sunt: quia in tali statu possunt aliena, ut propria, accipere. Ergo potiori iure valent decimas retinere, quærum præceptum cum tanto rigore non obligat. Communia sunt hæc penes omnes. Nec tenerentur pauperes, si ad meliorem affligerent statum, decimas quas in extrema necessitate non præbuerunt, componere Parochis: quoniam tunc retinuerunt quod suum erat; quidquid alii dicant. Sed de hoc suffus loco suo. Quid autem

autem dicendum de pauperibus gravi laborantibus necessitate? Særez Tom. I. de Relig. tract. 11. Lib. I. cap. xvi. num. 18. docet, probabile esse, gravem necessitatem eximere pauperem a decimis solvendis: tum quia eiusmodi fructibus indiget pauper ad suam, & familiæ sustentationem (talis status, ut dicitur, non obligat, sed quod præceptum istud affirmativum est, quod pro semper, ut dicitur, non obligat, sed cum certis circumstantiis. Nec præceptum decimarum in omnibus circumstantiis urget, sed alienatione solutionis permittit propter gravem necessitatem debitoris: sicut qui possidet rem alienam, & non potest reddere statim sine gravi iactura personæ vel status, potest differre restitutionem. Admissa vera gravi necessitate, absolute non negarem probabilitatem illius sententiae. Quoniam decimæ, potissimum quantitate impeditæ, institutæ sunt, & præcipiuntur ab Ecclesia non solum in sustentationem ministrorum, sed etiam in pauperum subsidium. Quæpropter, quando pauperes revera gravi necessitate paupertate, non videntur præceptum Ecclesie eos ad pendendas decimas urgere; cum potius contra in tali eventu coram pauperes decimarum fructibus sublevanda sit. Hæc sane absolute considerata vera mihi apparet. Sed, quia grave periculum est ne plures læ pauperes effingant, gravemque paupertatem deprædicant, cupiditate magis quam penuria adacti: ideo mihi probabilius videtur, pauperes teneri exponere suam paupertatem Pastoribus Ecclesie, ut debitum sibi remittant. Pastores vero cogitant pauperum gravi necessitate elemosinam ipsi erogare obstringuntur, saltem a solutione decimarum eos eximentes. At quid, dum pauperes timent sibi a Parochis minimum subveniendum fore, etiam exposta, & probata propria necessitate? Respondeo, veroliusimè esse pauperes factam paupertatem exaggerare quam renuere illorum Pastorum vere eorum gravique necessitati succurrere. Ceterum, si Parochi proprii muneris immemores negligenter prospicere urgenti paupertati parochianorum; in hac hypothese, potè expostam propriam indigentiam, ipsi possent retinere decimas, quibus suam sustentationem inopiam. Cum tamen fors melior affligeret, ad restituendas decimas tenerentur. Nec audiendus est Filiticus, qui tract. xvii. II. Part. cap. viii. num. 166. probabile esse indicat, eiusmodi parochianos ad restitutionem non teneri, etiam divites

effectos. Siquidem communiter hoc Theologi reprobat. In sola enim extrema necessitate, que consumuntur, restitutioni non subiacent, iuxta communione Theologorum doctrinam

CAPUT VI.

Quomodo Religiosi, & Clerici in communis viventes vi iuris communis exempti sint a decimis solvendis: quævis pro eadem exemptione istem Regularibus concedendi privilegia que extra iuris corpus reperitur.

I. Capite quarto superiore egimus de privilegiis quibus Romani Pontifices, Moenachis, & Regularibus, etiam mendicantibus, iustis de causis potestatem fecere decimas percipiendi. In præsentia vero sermonem institutum de privilegiis quibus Regularis a debito solvendi decimas liberantur. Et ut recte perspicere rem totam enucleemus, prius quid vi iuris communis, deinde quid virtute privilegiorum que extra iuris corpus sunt, istdem competat declarabimus.

II. Porro Moenachi, & Clerici in communis viventes vi privilegii, iuri communi inserti, antiquitus exempti fuerunt a decimis tum personalibus, tum prædialibus. De personalibus, constat ex cap. Decimas xvi. quæst. I. De prædialibus vero, nempe earum terrarum quas propriis manibus colebant, five proprie forent, five conductæ, etiam patet ex cap. Ex multiplici de decimis, ubi Adrianus IV. asserit se hoc privilegio donasse Cistercienses. Abbas, inquit, privilegium a nobis tenuit, ut de horibus, quas propriis manibus, aut sumptibus excolunt, nulli decimas solvere teneantur. Illius privilegii meminit Alexander III. in cap. Ex parte x. de decimis: & testatur hoc ipsum privilegium prius a prædecessoribus suis concessum fuisse omnibus Religiosis in communis viventibus. Adrianus vero privilegium istud solum Templariis, Cisterciensibus, & Hospitalariis concesserat. Ceteris vero, ut de novitibus suis, que propriis manibus, vel sumptibus excolunt, & horis suis decimas non persolvant. Quod privilegium confirmat ipse Alexander III. additque ex casibus in eodem privilegio expressis teneri Religiosos omnes ad decimas ex rebus omnibus solvendas. Et in cap. Dilecti declarat, eos non liberari a solvendis d. ciii.

cimis de terris quas per colonos excolunt; sed aut privilegium illud arctari ad prædia propria Religiosorum; nullo vero modo extendi ad fundos conductos, etiam si per se, aut per suos famulos eos colant. Innocentius vero III. in Concilio Lateranensi, celebrato anno 1215. limitavit prædictam privilegia (ut habetur in cap. *Nuper eodem tit. de decimis*) ad prædia habitata, & possessa ante dictum Concilium; decrevitque tam Cistercienses, quam Templarios, & Hospitalarios debere solvere decimas de terris, seu in prædiis post præfatum Lateranense Concilium possidentibus; de quibus antea Parochis decimæ solvebantur; consequenter novalia excepta, & immunita remanserunt, ut suo loco dicitur. Et textum citari capit. *Ne occasione privilegiorum suorum Ecclesie ulterius progresserentur, decernimus ut de alienis terris, & amodo acquirendis, etiam si ex propriis manibus, aut sumptibus excolant, decimas persolvant Ecclesiis quibus ratione prædictorum antea solvebantur, nec cum ipsis Ecclesiis aliter decerni componendum. Et hoc ipsum ad alias Regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi volumus, & mandamus.* Omnes itaque Regulares tenentur ad decimas solvendas de prædiis habitis post Concilium Lateranense quartum; nisi aliquando posteriori privilegio, transactione, aut præscriptione eximantur.

III. In prælo tamen cap. *Nuper*, non est revocatum privilegium quo Regulares exempti sunt a solvendis decimis de novalibus, & hortis, quos propriis manibus colunt, & de animalibus que ad eorum sustentationem nutriunt. Ad his siquidem decimis exempti fuerunt Religiosi regulares; ut constat ex cap. *Ex parte*, ubi dicitur: *Et de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persolvant.* Sed hoc privilegium revocatum non fuit in cap. *Nuper*. Consistit igitur etiam post Lateranense Concilium. Quod autem non sit revocatum, patet ex descripto textu laudati capituli. Nam ibi decernitur, solum a Regularibus solvendas esse decimas de prædiis, impositum post Concilium acquirendis; & de quibus, antequam ea ad Regulares devolverentur, decimæ Parochis solvebantur. Nullus ibi sermo de Novalibus prædiis, de quibus antea Ecclesie decimas non percipiebant. Nihil pariter statuitur de gregibus, animalibus, & hortis. Ergo privilegium concessum in cap. *Ex parte de decimis* in suo robore subsistit. Et hæc omnia communia sunt. Neque limitandum est dictum privilegium ad solos fructus suo-

rum horrorum, qui cedunt in usum Monasterii; quia, cum privilegium absolute estimat hortos Regularium a debito decimarum, nullum adgit fundamentum illud restringendi ad solos fructus quos consumunt Religiosi; sed ad omnes fructus eorumdem horrorum, etiam ad eos qui per venditionem distrahuntur, extendi debet. Denique, quævis per dictum caput *Nuper* revocatum fuerit privilegium, concessum in cap. *Ex parte*, quod falsum esse patet ex dictis; plurima tamen sunt posteriora privilegia quæ eximunt Regulares a solvendis decimis de hortis, arboribus, & prædiis que propriis sumptibus colant. Nam Paulus III. Pius IV. Gregorius XIII. & Sixtus IV. concesserunt Regularibus (ut videtur est in Mari Magno Prædicatorum, Carmelitarum, aliorumque Ordinum) id quod concessum erat in cap. *Ex parte*, & cum expressa revocatione capit. *Nuper*; que revocatio addita fuit ad explodendas inanes quascumque interpretationes.

IV. Quæst. I. *An præfata privilegia, corpori iuris communis inserta, late, vel stricte interpretanda sint?* Resp. Salmaticenses tract. xviii. cap. iii. §. 2. num. 69. defendunt, latissime interpretanda esse ejsdem privilegia: quia, inquit, non sunt odiosa; cum finis eorum præcipuus sit favor Regularium, qui valde in vinea Domini laborant, populisque non minus quam Parochi insistant, & adjuvant. Ideo summa æquitate Pontifices dicta privilegia illis concessere. Vera sunt hæc omnia. At negari minime potest, dicta privilegia esse odiosa, & in damnum tertii. Parochis de iure decimæ debentur, quia Parochi de iure sunt gregis evangelici Pastores. Regularis iure cooperatores in Parochorum subsidium vocati ad ministerium laborandi in vinea Domini Sabaoth. Propter eorum frugiferos labores, atque copiosam mellis eorum sudoribus partam iure ac merito Pontifices summi illis privilegia exemptionum imperiti sunt. Verum, cum regula generalis præscribat, *odia esse restringenda*, strictè dicendum videtur, laudata privilegia interpretanda esse; quod colligitur etiam ex cap. *Cum capella de priviil.* Duo extrema evitanda sunt, in quæ non pauci, partium affectionibus præoccupati, prolabantur. Nam aliqui, qui partes Parochorum sustinent, ita restringere velint omnimodii privilegia, ut nullum prorsus effectum parent: Contra quidam, qui Regularium exemptiones nullo delectu defendunt, ita amplificare illa gestiunt, ut Parochorum iura nihilum

ledantur. Ad hæc duo extrema declinanda privilegia sic exponenda sunt, ut, quoad fieri potest, illa Parochorum iura consistant, seu ut quam minimum fieri possit, nocent iuri tertii, derogentque communi legi. Verum, ut interpretatio recta sit, etiam restrictio iusta simul requiritur, ut & verba privilegii in sua proprietate salventur, & quem significant effectum producant. Sed de hoc fuit alibi.

V. Quæst. II. *An nunc Regulares veipsa exempti sint a decimis solvendis de propriis hortis, prædiisque, que propriis sumptibus colant, virtute privilegiorum que extra iuris communis corpus reperitur illis concessa?* Resp. Hæcenus dictum est de exemptione, qua fruuntur Regulares vi privilegiorum, que iuri communi sunt inserta. In præfata autem sermo est de privilegiis illis concessis; que extra ius commune sunt; quare illos a solutione decimarum ex prædiis, propriis sumptibus aut manibus cultis, eximunt. Plures summi Pontifices veteris temporibus omnibus sacris Regularium Ordinibus privilegia ampla imperiti sunt, quibus a præfatis decimis solvendis esse exemerunt, Sixtus IV. Prædicatoribus, Minoribus, & Carmelitis; Martinus V. Carthusianis; Gregorius XI. Mercenariis; Eugenius IV. Augustinianis; Clemens VII. Monachis Vallisoletanis; Sixtus IV. Cisterciensibus; Trinitariis exalceatis Urbanus VIII. Que communiter fere omnia antea concesserant Innocentius IV. Alexander IV. Clemens IV. Innocentius VI. Ordinibus mendicantibus. Recentia privilegia videri possunt in collectione privilegiorum, quam quælibet mendicantium Religio habet. Superiunt nunc plures super his privilegiis difficultates resolvenda.

VI. Quæst. III. *An Regulares vi suorum privilegiorum exempti sint a solvendis decimis, non solum de novalibus, sed etiam de aliis terris, ante, & post Concilium Lateranense acquisitis, propriisque sumptibus cultis?* Resp. Communissima sententia est affirmativa: quia privilegia laudata aliquid concedunt quod ante concessum non erat; alter superflua forent, & inutilia. Et habetur explicitissime declaratum in textu cap. *Audientiam* h. t. ubi hæc reperitur. *Nam, si intelligeremus tantummodo de novalibus, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus.* Porro vi iuris communis Regulares exempti sunt a decimis de novalibus. Ergo, ut præfata privilegia, que fere omnia derogant cap. *Nuper*, aliquem effectum habeant,

eximere debent Regulares non solum a novalibus, sed etiam ab aliis prædiis que propriis sumptibus excolunt, quæve post Concilium acquisierunt.

VII. Quæst. IV. *An Regulares teneantur solvere decimas de terris, seu prædiis, que colonis traduntur aliis, nempe colonis?* Resp. Ut responso clara sit, distinctione est opus. Tribus modis possunt agri, seu prædia aliis aranda, occidenda, & seminanda tradi. Primo tradi possunt aliis, ut ministris, & famulis ipsius domini, cuius sumptibus illi mercede pacta agros excolant in commodum, vel incommodum eisdem dominis: & in hoc casu planum est Regulares exemptos esse vi privilegiorum; quæ illis post Lateranense Concilium indulta fuerunt, a debito solvendi decimas. Vel fundi tradi possunt colonis, ut ipsi propriis sumptibus eisdem colant, in proprium commodum, vel periculum, cum onere conferendi dominis annuam pensionem, sive in frumento, sive in vino, sive in pecunia. Tertio tradi possunt prædia partiarum, ut scilicet coloni propriis sumptibus fundos excolant, deinde fructus, qui prodiguntur, inter dominum & colonum partiarum dividantur, vel ad medietatem, vel tantum tertia parte domino servata, & duabus aliis colono deputatis. Hoc tamen pacto, ut si fundus post culturam nullum gigneret fructus, aut grandine destrueretur, colonus partiarum contentus esse debeat, nihilque exigere ultra a domino valeat. Quibus possit, queritur, an Regulares liberi sint a solvendis decimis de illis prædiis que duobus ultimis descriptis modis aliis excolenda tradunt, ita nec ipsi Regulares, nec earum coloni teneantur decimas solvere. Salmaticenses tract. xviii. cap. iii. post. 2. §. 3. non. 74. sustinent, neque Regulares, neque colonos teneri ad decimas solvendas Parochis; sed colonos eas decimas solvere debere Religiosis dominis, qui vi privilegiorum exempti sunt. Et certe admisso, prædia illa esse exempta, soli Religiosi domini fructu exemptionis gaudere debent, non coloni; quia nullo modo in eorum favorem privilegia illa concessa fuerunt. Ratio quam præfati Auctores promunt, est, quod privilegia concessa Regularibus, non solum sunt personalia, sed etiam realia, quæ prædia ipsa efficiunt, quamvis sub dominio Religiosorum remanent. Sed prædia tradita colonis, ut eadem excolant, sunt sub dominio Religiosorum. Ergo ab omni decimarum exemptione sunt. Addunt, ejsdem privilegia realia reipsa concessisse Bonifacium VIII. Cisterciensibus, Ioannem

XXII. Carthusianis cum revocatione cap. Super, Sixtus IV. Carmelitis, Clementem VIII. Militis S. Jacobi, Paulum III. Ordini S. Hieronymi, Gregorium XIV. & Innocentium IX. Conventui del'Escorial: Referantque pro hac sententia Ioannem a Cruce de privi. Lib. II. cap. ix. dub. 4. Philippum a Cruce tract. de Decim. §. 2. num. 9. Glossam in Clement. Religiosi, de decimis verb. Excolendas, Abbatem in cap. Ex parte de decimis num. 5. Fagandez Lib. II. cap. iv. num. 1. Rodriguez Op. Reg. Tom. II. quest. xlv. Raphaelen a Torre 2. 2. quest. lxxxvii. disp. vi. fol. 580. Caltrapalum Tom. II. tract. x. disp. unic. punct. 24. num. 10. Antonium a Spiritu sancto tract. 24. disp. III. sect. 6. num. 161. Dianam Part. xi. tract. xii. Pellicarium Tom. II. tract. viii. cap. vii. sect. 5. num. 176. Bevenium Tom. I. privi. Minim. consp. 2. Iulii II. num. 132. Henriquez Lib. VII. de indulgentiis cap. xxvii. Tamburinum Tom. I. disp. xv. quest. xxviii. num. 31. Garciaum I. in tr. viii. diff. 3. dub. 2. punct. 4. num. 10. Villalobum Tom. II. tract. xxxiii. diff. 4. num. 5.

VIII. Ut, quæ probabiliora nobis videntur, distincte promamus, quæ certa sunt, in antecessum premitimus. In primis certum est, Religiosos vi privilegiorum, quæ inserta sunt corpori iuris communis, exemptos non esse ab onere solvendi decimas de prædis quæ aliis duobus modis supra expostis aliis tradunt excolenda. Quandoquidem satis peritundum in cap. Ex parte de decimis x. l. 1. & cap. Licet h. t. præfata prædia decimarum oneri subiacentur his verbis. *Licet de benignitate Sedis apostolicæ sit vobis indultum ut de laboribus vestris propriis manibus, vel sumptibus colatis, nemini decimas solvere tenamini; propter hoc tamen non est licitum vobis decimas de terris vestris subtrahere, quas aliis traditis excolendas.* Quod attinet ad privilegia quæ extra iuris corpus reperuntur, quæve dicuntur a laudatis Pontificibus concessa Regularibus, saltem non omnia eximunt Religiosorum prædia, quæ non propriis sumptibus, sed colorum industria, expensis, & periculo coluntur. Et quando privilegia expressè non eximant dicta prædia, etiam ab illis colenda, ab onere decimarum non intelliguntur exempta. Quoniam, ut dictum est, eiusmodi privilegia odiosa sunt, & lapsiva iuribus parochialium, ideoque stricte interpretanda. Quid quod, cum fundi plurimum Cenobiorum sint satis amplii, si ipsi omnes exempti essent ab onere decimarum,

contingere posset quod Parochi congrua sustentatione defraudarentur. Quia in territorio sue parocchie fortasse maior fundorum, & ex quibus decimas percipit, pars est Regularium. Denique ipsa praxis in pluribus latet regionibus contraria est. Ceterum, si privilegia explicate eiusmodi prædia eximerent, ut videntur esse illa quæ concessa sunt Cisterciensibus, Carthusianis, & aliis; tunc tam Regularibus, quam eorum coloni liberi forent a solvendis Parochæ decimis; sed coloni decimas illas, ipsis Religiosis dominis solvere deberent. Non enim in favorem colorum, sed Religiosorum privilegia indulta essent. Tunc autem fundamentum erit aduersus, prædia dicta esse exempta, quando privilegia hæc, vel similes clausulas continent: *Eximimus hos Religiosos, eorumque omnia prædia, & fundos ab onere decimarum.* Nec est quod longius, & penitus non hæc discutiamus: quoniam praxi iam investa standum est. Si qui sunt qui suorum privilegiorum amplis exemptionibus fruantur, bene illis sit, in idque incumbant ut diu in possessionem perstiterint queant.

IX. Quæst. V. An eiusmodi privilegia de exemptione decimarum extendantur etiam ad prædia conducta, vel in emphyteusim accepta ab ipsis Religiosis, qui propriis manibus, aut sumptibus eadem excolunt? Resp. In hac questione communis sententia est quæ affirmat, Religiosos regulares vi suorum privilegiorum liberos esse a pendendis decimis, etiam de agris alienis, & a se conductis, & cultis. Hanc defendunt Salmanticenses loco citato num. 77. & adducunt ex Garcia privilegium Martini V. in quo hæc habentur. *De quibusque possessionibus, & prædiis, quæ in presentiarum possidentur, & in futurum, prestante Deo, iustis ritibus poteritis adipisci, etiam si ea ab aliis conductis, dum tamen illa vestris manibus, vel sumptibus excolatis, seu pro sustentatione vestra excolati fuerint, decimas quibusvis Ecclesiis, locis, aut personis solvere minime tenamini.* Si omnium sacrorum Ordinum privilegia his, vel similibus clausulis, seu verbis concepta essent, dubio procul Religiones omnes immunes forent ab onere decimarum, etiam de agris alienis, & ab ipsis conductis, & aliis locatis. Quare ite Ordines qui repleta eiusmodi privilegia habent, tuta conscientia, quando alia non obtinent, decimas retinere possunt. Sed fallum est privilegia, communiter Regularibus concessa, esse tam ampla, & expressè exemptionem decimarum, etiam de agris tum

conductis, tum locatis. Neque reponi valet privilegium, uni Ordini concessum, per communicationem suffragari omnibus Regularium Ordinibus. Quoniam eiusmodi privilegia odiosa cum sint, non probantur esse, per communicationem non amplificantur. Et profecti citati Auditoribus scribant, plurimi essent Parochi congrua sustentatione destituti. Nam opes plurimum Religiosum satis abundanter auctæ sunt: & plures reparuntur parocchie, mihi etiam notæ, quarum potissima fundorum pars pertinet ad Regulares. Si ergo omnia eorum prædia, tum conducta, tum locata, exempta essent a decimis; certe plures Parochi elurirent. Sed, quæ diximus supra, in memoriam revocari debent, duo nempe extrema, & nimis extensio, & nimis coarctatio, in usu privilegiorum evitanda esse. Sententiam nostram docent Suarez Tom. I. de Reg. Lib. I. cap. xxx. num. 8. Filiucius tract. xxvii. cap. viii. quest. xi. num. 128. Caltrapalum tract. 2. disp. 1. punct. 12. Barbosa de iur. Eccl. cap. xxvi. §. 3. num. 20. & plures alii.

X. Quæst. VI. An privilegia Regularium de exemptione decimarum faveant etiam Monialibus? Resp. Communis sententia est affirmativa: quia plures Pontifices præfata privilegia ad Moniales etiam dilataverunt, scilicet Bonifacius VIII. Sixtus IV. Leo X. Paulus III. Clemens VIII. Pius IV. ut referunt Emmanuel Rodriguez in Op. Reg. Tom. II. quest. xlv. art. 3. & Tom. III. quest. xxv. art. 15. Miranda in Manual. Præc. Tom. II. q. d. xix. art. 23. Barbosa de iur. Eccl. cap. xxvi. §. 3. numer. 36. pluresque alii. Equites Ordinum militarium, qui sunt vere Religiosi, omnibus Regularium privilegia, quæ exemptionem a decimis spectant, fruuntur, ut communiter omnes docent. Excipiuntur tamen bona patrimonialia, quæ absque dubio decimarum pensioni sunt subiecta.

XI. Quæst. VII. Quomodo citata privilegia exemptionis ab onere decimarum amittantur? Resp. Primo amittuntur per non usum universalem Ordinis, cui sunt concessa. Neque enim ad amissionem privilegiorum sufficit non usus alicuius Cenobii: quia causa concedendi eiusmodi privilegia non fuerunt merita huius vel illius Monasterii, sed totius Ordinis. Ergo neque demeritum negligentia unius vel alterius Monasterii causa erit amissionis eorumdem. Quin per usum aliorum Cenobiorum conservantur etiam in beneficium illius Cenobii quod iidem non

luit, vel neglexit ut; ita ut valeat impositum sui beneficio eorumdem privilegiorum. Secundo cessant eiusmodi privilegia, quando decursu temporis evadant nimis damnosa Parochiis, eorumque iura graviter lædant. Punitur, si tempore concessionis exigui & modici erant Cenobii fundi, vel non adeo abundantis; deinde titulo sine donationis, sine hereditatis, sine emptionis, sine quavis alia via nimium augeantur, v. g. supra mediæmetam, & ultra: tunc Parochi grave damnum perferunt. Nam, si fundi in eorum territorio devolvantur a laicis ad Regulares, & illi devoluti ad Regulares eximantur ab onere decimarum; Parochi amittunt decimas quas antea percipiebant. Graviter ergo læduntur. Porro privilegium quodcumque expirat, quoties tertio grave nocumentum inferat. Abbas in cap. Suggestum ix. h. t. num. 3. & 4. Barbosa in idem cap. Reiffentuel Lib. III. tit. xxx. de decim. numer. 76. Suarez Tom. I. de Reg. tract. vi. Lib. I. cap. xx. numer. 2. Filiucius tract. xxvii. cap. viii. quest. x. numer. 185. & communiter tum Theologi, tum Canonici. Quando porro privilegium debeat cessare, & iudicari graviter, & enormiter lædens, non est adeo facilis decisio. Communiter citati Auctores docent, læsionem seu damnum Parochi debere esse certum, manifestum, evidens, ut privilegium ipso facto amittatur; vel ut index inferior, nempe Episcopus, possit declarare privilegium in tali caso cessare. Si autem dubium sit, num læsio Parochi fit levis, vel gravis, ad summum Pontificem pro declaratione recurrendum est: cap. Cum essetlet xii. de iudicio, ubi Innocentius III. Cum ipse privilegia Sedis apostolicæ venturæ questio, solvitur de his per alios iudicari: quia illius est interpretari privilegia, cuius est privilegium concedere. Tertio amittuntur privilegia translatiōe, compositione, seu pactione facta inter partes, si necessaria requisiti ad locum, maxime consensus Superiorum iuxta cuiusque Ordinis statuta: quoniam super privilegio, universo Ordini concessio, non possunt superiores alicuius Monasterii transactionem peragere, inconfatis superioribus totius Ordinis.

XII. Ex his omnibus quæ dicta sunt, colligas velim, in hac a decimis exemptione situm maxime, & consequentiam locorum attendendam esse. In dubiis diffidia evitentur, & cum Parochis de bono & æquo compositiones fiant. Quo liberiores cum Parochis erunt Regulares, eo ditiores erunt penes Deum, & mundum; quemadmodum litigiosi

Deo, & mundo odiosi sunt. Abstine a litibus, & minus peccata.

CAPUT VII.

De quibus rebus decimæ, tum personales, tum prædiales, quæ tempore, & loco solvi debeant.

I. Quæst. I. De quibus lucris solvenda sint decimæ personales? Resp. Vi iuris communis de omnibus lucris, & proventibus per indulgiam acquisitis decimæ solvi debent. Ita omnes tum Canonice, tum Theologi. Iura clara sunt. Cap. Transmissa de decim. xxviii. h. t. Fidelis homo de omnibus qui licite acquirere potest, decimas erogare tenetur. Cap. Tua nobis, xxvii. De cunctis omnino proventibus decimæ sunt reddende. Cum concordantibus. De vino, grano, fructibus arborum, pecoriibus, negotiatio, de ipsa etiam milita, de venatione, & de omnibus decimæ sunt ministris Ecclesie tribuenda. Item de proventibus molendinorum, piscinarum, feno, de negotio, & artificio. Quare vi iuris communis omnes mercatores de lucris negotiationis acquisitis, omnes milites, doctores, advocati, indices, lectores de suis proventibus, omnes piscatores de præda per piscationem comparata, omnes venatores de venatione, omnes artifices de fructibus suarum artium, omnes famuli, & famule de mercede acquisita decimas solvere tenentur ministris Ecclesie. Sententia communissima.

II. Quæst. II. An decimæ solvenda sint de rebus illicite acquisitis? Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 2. Dicendum, quod aliqua male acquiruntur displiciter. Uno modo, quia ipsa acquisitio est iniusta; puta que acquiruntur per rapinam, aut furum, aut usuram: que homo tenetur restituere, non autem de eis decimas dare. Tamen si aliquis ager sit captus de usura, de fructu eius tenetur usurarius decimas dare. . . . Quædam vero dicuntur male acquisita, quia acquiruntur ex turpi causa; sicut de meretricio, & hisionatu, & aliis huiusmodi: que non tenentur restituere. Unde de talibus tenentur decimas dare secundum modum aliarum personalium decimarum. Tamen Ecclesia non debet eas recipere, quando sunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare; sed postquam penitentur, possunt ab eis de his recipi decimæ.

III. Quæst. III. An recentis decimæ personales non solum vi iuris communis, sed etiam

iam ex usu, & consuetudine, que nunc obtinet, solvenda sint? Resp. Decimæ, que iuxta omnes vi iuris communis debentur, usæ, & consuetudine omnes abrogatæ sunt. Nullibi enim, quantum scire licet, solvuntur, ut fatetur communiter Auctores; & quique suæ regionis testis est, eiusmodi decimas non perlovi. Hinc concludit D. Thomas loco laudato ad 1. In verba lege tenentur homines ad decimas personales, secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum. Quare, si in aliqua civitate, vel parochia fundi non essent, ex quibus decimæ perlovi possent, uti est Venetiis, decimæ personales solvende forent, seu fideles aliqua via ministris suis alimenta, que iure naturali & divino eis debentur, illis tribuere adstringerentur. Res est manifesta.

IV. Quæst. IV. De quibus rebus decimæ prædiales, seu reales solvenda sint? Resp. Vi iuris communis debentur decimæ Ecclesiis de omnibus, & singulis fructibus qui e terra seu prædiis tum communibus, tum novalibus producuntur: de tritico, hordeo, omniæ alia segete, de palea sive integra, vine comminata, de feno, de omnibus fructibus arborum, de foliis mororum, de nucibus, castaneis, de oleo, vel olivis, de oleribus, & leguminibus. Excipit tamen quosdam fructus minutos D. Thomas loco citato ad 3. qui, inquit, nec in veteri lege determinatum fuit ut de huiusmodi minutis rebus decimæ dentur. . . . Unde & nunc de huiusmodi minutis rebus non tenentur homines decimas dare, nisi forte propter consuetudinem patriæ. Decimæ quoque debentur de pascuis, pratis, delcino, canipe, de aurii fodinis, argentii fodinis, & de proventibus domorum, elibanorum, molendinorum. In his omnibus consuetudo patriæ consuetudo attendenda est. Nam certum est quod hodie non solvuntur ubique decimæ de omnibus recentis fructibus.

V. Quæst. V. An decimæ solvenda sint de fructibus, antequam deducatur expensæ factæ, vel tributa, & vectigalia, ac operariorum præcia? Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 4. Debentur autem decimæ de fructibus terre, ingranum provenient ex divino munere. Et ideo decimæ non cadunt sub tributo, nec etiam sunt obnoxia mercedi operariorum. Et ideo non debent prius deduci tributa, & pretium operariorum, quam solvantur decimæ; sed ante omnia debent decimæ solvi ex integris fructibus. D. Thomas accedunt omnes Canonice, & Theologi, qui pariter asserunt, nec detrahendum esse

semen, puta tritici, hordei; etiam si quantitas fructus, seu mellis, non excederet quantitatem illius grani quod leminatum fuit. Quare coloni partiarum non possunt ante decimarum solutionem expensas deducere; sed primum ex fructibus in unum cumulum congregatis decimæ extrahi debent; & postea divisio faciendam inter dominum & colonum. Licita tamen est pia illa consuetudo, qua agricolæ ante fructuum decimationem elargiuntur elemosinam ex cumulo tritici, vini, aliorumque fructuum. Immo licita quoque esset consuetudo, si introducta fuisset, extrahendi prius semen terræ mandatum, deinde decimas; quiquid in oppositum dicat Sotus lib. IX. de ius. & iur. quæst. iv. artic. 2. Consuetudo enim vim habet potissimum in circumstantiis decimarum, ut supra dictum est: quia quantitas iuris est ecclesiastici.

VI. Quæst. VI. De quibus fructibus, qui dicuntur mixti, solvenda sint decimæ, quæ pariter mixta usurpantur? Resp. De omnibus fetus animalium, ut de bobus, capris, & ovibus, de quibus cap. Omnes xvii. quæst. vii. dicitur: Omnes decimæ terre, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt: quidquid decimum venerit, sanctificatur Domino. De pullis quoque camelorum, equorum, asinorum, porcorum, de lana pecorum, de lacte, & calce decimæ dandæ sunt. Item ex pullis & ovis gallinarum, & anserum, ex melle, & cera decimæ solvi debent. Fetus animalium non statim ac nati sunt, dandi sunt in decimarum. Lanæ post tonas oves, butyrum, & casum in fine collectionis.

VII. Quæst. VII. Quo tempore solvenda sint decimæ prædiales? Resp. Statim ac collecti sunt fructus, decimæ solvi debent; ut expresse habetur in cap. Cum homines de decimis. Mandandum quatenus eos cogatis, ut decimarum, statim fructibus collectis, persolvant, atque de suberatis, & retentis dignam satisfactionem exhibere precurent. Peccant igitur qui tardius quam par est decimarum solutionem differunt. Non tamen absolute demandandi sunt peccati mortales, ut ait Leopardus tract. vi. disput. iv. quæst. xxxv. ubi nimis precipitantes resolvit, peccare mortaliter eos qui differunt solvere decimas ultra tempus consuetum; & de peccato mortali intelligendam esse Glossam ad cap. Cum homines. Neque enim dilatio quoque culpam inducit mortalem. Ex circumstantiarum itaque varietate culpe gravitas colligenda erit. Peccant quoque qui deteriore fructum partem

tum in decimas persolvunt: & si detrimentum sit grave, peccatum erit mortale contra iustitiam; & consequenter debitum erit retributionis faciendæ. Nec tamen tenetur tribuere meliores fructus; sed bona fide ex cumulo manipulorum frumenti, vini, &c. prout res se le offerunt, decerpere fructum quantitatem pro pendendis decimis.

VIII. Quæst. VIII. An parochiani tenentur solvere decimas, antequam eas Parochus petat? Resp. teneri parochianum solvere decimas, etiam si Parochus illas non petat: quia uniuersique reddere alteri tenetur quod eius est, etiam illo non petente. Nec enim Ecclesia præcipit ut fideles requirit decimas solvant; sed absolute solutionem præcipit decimarum. Contrariam sententiam defendit Graffius Part. II. cap. xxvii. numer. 15. citatque profæ SS. Thomam, & Antoninum. Sed falso, cum ex eorum doctrina aperteffime colligatur oppositum. Solum enim docet Angelicus, quod fideles non peccarent, si decimas solvere omittissent, ubi consuetudo non esset solvendi decimas; peccarent vero, si adeo obliuati essent, ut Ecclesia etiam præcipiente, decimas solvere recusatent: quia Ecclesia auctoritate habet abrogandi consuetudinem non solvendi decimas, & consuetudo contra, repugnant Ecclesie, non præscribit. Ideo, si fideles Ecclesie præcipienti obedire detraherent, culpam gravem committerent. Id, & non amplius docet Angelicus 2. 2. quæst. lxxxvii. artic. 1. ad 5. En sancti Doctoris verba. Nec tamen sunt in statu damnationis qui non solvant in illis locis in quibus Ecclesia non petat; nisi forte propter obliuionem animi, habentes voluntatem non solvendi, etiam si eis præsententur. Hæc reuicimus, tanquam nimis laxam, non propositionem, quam docet Van-spen Part. II. tit. xxxiii. cap. ix. numer. 25. pag. 521. Immo, cum decimæ quotannis ex fructibus Ingulis auis excrecentibus debeantur, si uno anno petite non fuerint, sequenti anno duplice persequuntur; immo pro anno illo quo petite non fuerint, remissa habentur. Hæc opinio improbabilis est, & laxa. Nam præceptum est absolute; & parochiani absolute decimas debent, iure quidem naturali, & divino secundum substantiam, ut aiunt; iure vero ecclesiastico secundum quantitatem definitam ab Ecclesia. Asserere autem debitorem non adstringi, nisi requisitum, ad debiti solutionem, salissimum est: nec longiore opus habet impugnatione.

IX. Quæst. IX. Quo in loco solvenda sint decimæ? Resp. Ius commune nihil, ad hoc quod